

1693.

1. Barthius, Gasparus: De iure pascendi
- 2^o et Bornius, Jacobus: De transmutatione pedis in al.
lodium. 2 Sept. 1693 : 1704.
- 3^o et Borni, I. Fridericus: De bonis negotiis. Exercitatio
juris canonici. 2 Sept. 1693 : 1716
4. Cyprianus, Stephanus Benedictus: De eo quod iustum
et circa Infractum et ministrum.
5. Cortrejus, Iacobus Ludovicus: De suspensa palma coronam quis
imperatori miscerunt, usque dum ad saeculum Christi
seum maiestatem relatur.
6. Crusing, Christianus: De intere re publicae ecclesie
excusiones maritimas in terram alienam tempore
pacis institutas.
7. Dinedorff, I. G. Fabius: De nullitate legi divina et ha-
mana crescentia.
- 8^o et Dentorff, Christophorus: De confessione tormentis
extorta. 2 Sept. 1693 : 1717.

1693.

9. Ernesti; Johannes Hunrich: De officio transfigurari
militandi ad versus partes desertas

10. Koemgk, Johannes Christianus: De officio mortis ergo
sanctorum.

11. Ludwijk, Christian: De transitoria capiendum per
territorium nostrum.

12. Margratus Gabriel Chrysostomus: De epulis
fornicis veterum.

13. Muster, Johannes Griseus: De insigntis etimologicis
interpretatione.

14. Mitteroch, Abt. Gab: : De capite jijini -

15 Mylius, Lauren: De conditione imminentie

16^a = Mylius, Lauren: De fundo i*n* pecunia comitentis
pro dom. Lebuskamm. 25 Sept. 1693: 1716.

17 auct. Platippus, Fridericus: De cagitatione postsequens
matrimonium 25 Sept. 1693: 1717.

1693.

18. Rechenburg, Adam: *De Totato Hiltibrandino*

19. Reichel, Antonius Christianus: *Anno ab religione*

batum geri patit?

20st Schäfer, Christianus ligum: *De jure et delictorum
denunciacione. 25 Sept. 1693 + 1727*

21. Schmidtius, Gottlieb: *De colloquii ecclesiastici in
genere*

22. Schreiter i verffens, Bartholomeus Lenhartius: *De inter-
pretatione historico-practico-legali. I. 2, I. 3, C. 4.
et C. I.*

23. Svennius i verffens, Bartol. Lenhartius: *De actione
stativa non dubia.*

24. Weissius, Christianus: *Despoticus in ecclesia
et re litteraria claris.*

25. Zierold, Johann Gustavus: *De rebus gestis Germanorum.*

16. schreibt sich auf und geht
9. 1. nach oben zu den anderen ins Bett
m. auf Wiedersehen. Hoffnungsvolle
10. Zukunft. Siehe: nicht leicht, aber es
ist eine Tatsache. Es ist ein
11. großer Erfolg, wenn man
einen Mann eingeholt, nicht minder
12. als dass man einen anderen
8. 11. auf einer wichtigen Brücke
13. I) ist
14. wieder erholt wird. Aber es
15. ist nicht leicht, das zu tun.
16. sondern es muss sehr vorsichtig
17. gemacht werden, um nicht zu
viel zu hoffen.

1693,206 8
26
m

GUBERNANTE SANCTISSIMO
DISPUTATIONEM INAUGURALEM
AUTORITATE AC CONSENSU
ILLISTRIS ATQUE MAGNIFICI
JUTORUM LIPSIENSIV ORDINIS

D E
**JUDICIALI
DELICTORUM
DENUNCIATIONE**

IN AUDITORIO PETRINO

PRO

SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS
ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS
RITE AC LEGITIME CAPESSENDIS
PLACIDO ERUDITORUM EXAMINI
HORIS CONSVENTIS

AD D. 12. JANUARII, M. DC. XCIII.

SUBMITTIT

CHRISTIANUS SIGISM. SCHÄFER
LIPSIENSIS.

LIPSIAE
REGUS. cl^o 13 CC XXIV.

ANTONIUS MAGNUS
MAGISTER AUREAE MAGNITUDINIS
HISTORICARUM
DE HISTORIIS
DILECTIONIBUS
SCHOLIA HISTORIIS
HONORIBUS
ET LIBERIS DOCUMENTIS
RITUS AC PLEBISCITUS CAGENSIENSIS
LACIDIO TRICONTIONIUM SCAMNI
HONORIBUS
SCHOLIA HISTORIIS
HONORIBUS
LIBERIS DOCUMENTIS

REGES ET IMPERATORES
TIBURCIUS



uod sacratissimus noster Imperator
in §. 3. Proem. J. Ulpianus in L. i. pr.
ff. de suspect. Tut. & Cur. Paulus in
L. 25. ff. de Lib. Leg. Imperat. Leo
in tota sua Novella 46. Et c. incul-
cant, ut ea, quæ quotidiana & tui-
lia sunt plenius attingantur; hoc
non immerito & ego pro instituti mei ratione addu-
co. Cum enim nuperime ex Decreto Illustris atque
Magnifici Collegii juridici, exantlatis per Dei gratiam
confvetis in utroque jure examinibus, pro consequen-
tis summis honoribus, & privilegiis doctoralibus fa-
cultas mihi concessa sit, Disputationem Inauguralem
rite proponendi, & uti moris hic est, eandem sine Præ-
side habendi; præ aliis ventilandam sumsi hanc de ju-
diciali Delictorum Denunciatione materiam; Nam quam-
vis Reipl. summopere intersit, ne maleficia maneant
impunita L. 9. §. 5. ff. de publ. & VeTigal. L. 51. §. 2. ff.
ad L. aquil. sed ut unius pena multorum sit metus, ut
præclare Gratianus Valentianus, & Theodosius Impp.
Illatroniano duci rescripserunt in L. i. C. ad L. jul. repet.
& homines facinorosi veluti membra putrida tollan-
tur,

tur, & refecentur, ne aliam corporis partem inficiant,
aut corrumpant, neve Rempublicam turbent Leges
que ac earum Custodes, Magistratus sc. spernant, pe-
dibusque conculcent, unde etiam Ulpianus *in L. 13.*
pr. ff. de offic. pres. congruit, inquit, bono & gravi præ-
sidi curare, ut pacata & quieta provincia sit, quam re-
git, quod non difficile obtinebit, si sollicite agat, ut
malis hominibus provincia careat, eosque conquerat.
Nam & Sacrilegos, Latrones, plagiarios, fures con-
quirere debet, prout quisque deliquerit, in eum ani-
madvertere. Ea tamen moderatio, æquitas, cura, &
Sollicitudo in hac Denunciatione est adhibenda, ut ante
omnia personarum habeat Delectum, ne talis De-
nunciatio in adulacionem degeneret. Nam quis in-
nocens esse poterit, si denunciasse sufficiat? Sedulo i-
gitur judex laboret, quo semper licitum hac in re ob-
serveret. Caveat ne vel odio vel amore, alioque per-
verso rationis obtentu jus violet, nequitiæque magis,
quam justitiæ Sacerdos efficiatur. Serio cogitet se eo
momento, quo alios judicat, a supremo ac justissimo
judge judicatum iri; His præmissis rem ipsam aggre-
dior meque ad illum converto, a quo omnia, omnes,
ducunt rerum exordia, Tibi Triune Deus prima omnis
justitiæ origo, per Jesum Christum alteram omnis bo-
ni Scaturiginem devotissima supplico, ut scribenti men-
tem atque Calamum Spiritus sancti Tui gratia Clemen-
ter dirigere, hocque meum inceptum ex alto secunda-
re velis, quo omnia peragantur felicissime.

Q. D.



Q. D. B. V.

CAPUT I.

D E

EXPLICATIONE TITULI.

SUMMARIA.

- | | |
|---|--------------------------------------|
| 1. Generalia præmittenda | in judicio, quam extrâ illud, modo |
| 2. A Terminorâ Explications inchoandum. | autoritate magistratus gestum, ea |
| 3. Ætorum studium magis indagatio- | 6. Hic vero ad judicium refringitur. |
| ne justitiae serum quam vocum con- | 7. De voce judicialis remissione |
| ſtitit | 8. Vocabulum delicti unde descendat? |
| 4. Tria vocabula continet Rubrica hu- | 9. Delicti significatio |
| jus dissertationis | 10. De Vocabulo denunciationis |
| 5. Judiciale denotat omnem actum tam | 11. De Vocabulo Nûge. |



xpositionem judicialis Delictorum De-
nunciationis aggrediendi mihi necesse
visum fuit, præmittere generalia quæ-
dam ad faciliorem intellectum eorum,
quæ subjicientur, facientia. Ordo au-
tem ab accuratioribus quibusque ap-
probatus hactenus & servatus. Termi-
norum enodationem injungit. Prima 3

D.
igitur quidem circa eos, potior vero circa rem ipsam cura
mihi erit, qui non ignoro versari me in materia juris inter-
que Jctos, qui non quidem voces rerum prorsus negligere,
majus tamen studium indagandæ earum justitiae adhibere,
officii sui esse norunt. Tria autem Vocabula continet Ru-
brica hujus dissertationis, de quorum primo ortu indagando
non multum follicitus esse cogor: sicuti enim res ipsa etiam
in vulgus nota, ita & nominis derivatio cuivis statim obvia
est. Vox judicialis Disputationi præmissa, quanquam cæte- 5

6 *De Explicatione Tituli.*

roquin omnem actum, tam in judicio quam extra illud, interveniente modo Magistratus autoritate gestum, haud infreuentur in jure nostro complectatur, cum ibi acta esse videantur, ubi aliquid judiciali sit autoritate Wesenb. ff. Tit. *Qui Testam. facere poss.* Reusner. *Tract. de Testam.* V. 2. P. 4. C. 19. Carpz. P. 3. C. 3. D. 6. Richt. P. 1. Dec. 30. hic tamen in Rubro nec non in tota Disputatione strictius accepta, solum denotat actum in loco judicij von dem sitzenden Rath vid. jus.

7 *Lab. Lib. 3. Tit. 6. Art. 2. expeditum*; De voce judicialis multa adhuc verba facere, uti dictum, superfluum erit; cum omnes quos evolvere modo licuit, Lexicographi, illud a judicio deducant; uti videre est, apud Christianum Beccman. in *Man. ad Lat. Lingv. voc. dico p. m. 402.* Eius vero varias acceptiones suppeditat Sebastian Almers in *Manualjurid. verb. judicium p. m. 653.* ad quem B. L. brevitatis studio remittimus.

8 *Delicti Vocabulum*, si primam spectemus originem, propagatum videtur a *Delinquendo*, quod significat Papiniano, Preceptis Legum non obtemperare, L. 41. ff. de Pen. hoc est norma recti, juris & æqui, relicta & posthabita ad enormitatem deflectere, Decian. in *Tract. Crim.* L. 1. C. 7. in pr. Hahn. in *Comment. Wesenb. ad Tit. de Delictis privatis* nov. 3. Aritotelii, contra Leges sponte nocere, i. Rhetor. 10. Delictum nobis non venit in significatu speciali, quo vel denotat pri-

9 vatum Delictum oppositive ad Crimen publicum, L. 17. §. 18. ff. de edil. Edict. L. 2. §. 8. C. de vet. jur. enucl. vel Delictum dolo non culpa admissum, L. 14. ff. ad L. Cornel. de Sic. L. 23. §. 2. ff. de edil. Edict. L. 53. ff. de Furt. sed in sensu generali, quo verum, & quasi, dolosum, & culposum, delictum complectitur L. 1. §. 2. ff. de Leg. L. 1. L. 5. §. fin. ff. de pen. L. 11. §. fin. ff. eod. Anton. Matth. de Crim. in Prol. cap. 1. n. 1. §. 2. Hahn. ad Wesenb. Tit. de priv. Delict. num. 2. Theod. Colleg. crim. Diff. 1. Thes. 3.

10 Tertium denique quod Inscriptionem nostram absolvit, Denunciationis vocabulum est, Denunciatio materialiter idem est, quod significare; quo Sensu Cicero i. Tusc. Q. 9. utitur, *Nos vere inquiens, si quid tale acciderit, ut a Deo de-*

MM

De Explicatione Tituli.

7

nunciatum videatur, ut exeamus e vita leti, & gratias agentes pareamus: formaliter autem tempus futurum includit, in quo omnis ejus Emphasis exprimitur, atque idem est, quod eventurum aliquid esse, ante nunciare, quo sensu idem Cicerone de senectute usurpat, ibi: *Quomodo Chartagini male diu cogitanti bellum inferatur, multo ante denuncio, & Columella sic inquiens: Sin autem Cæli status frigidus & pruinosus hinc violentiam denunciat in Idus Februarias hanc curam differemus, porro Denunciatio a Provocatione atque minis adeo inanis non est, quin potius denunciare Ciceroni est provocare ad testimonium dicendum; quando pro Sexto Roscio, Non putasti, ait, me familiarissimis tuis testimonia denunciaturum: & alii Autores Denunciationes per Minas explicant. Plinius ad Priscum L. 6. Epist. scribit: quanquam quid denunciationibus & quasi minus ago? Cæsar. 3. belli civ. Quem neque Pollicitationibus neque denunciatione periculi permovere posset, oppidum oppugnare instituit; in jure nostro varie autem accipitur, quandoque enim denunciare idem est, quod prohibere, quomodo Ulpianus in L. 5. §. 10. in fin. ff. de nov. op. nunc. & post eum Justinianus in L. un. C. d. 1. novum opus denunciare dixerunt, cum is, qui ita denunciat, prohibet vel interdicit Vicino ne ædificet. Zœsi. ad ff. de Nov. op. nunc. n. 1. Wefenb. eod. Tit. num. 6. Aliquando autem dicitur maritus denunciare uxori repudiatae ne nubat, quod maritus illam accusare velit adulterii; L. 16. & seq. ff. ad L. Jul. de Adulti. interdum denunciare prisca Lingva idem erat, ac condicere in §. 18. J. de Act. Siquidem de jure antiquo, quando quis agere volebat contra aliquem sibi obligatum antequam posset eum convenire, requirebatur, ut prius illi fieret Denunciatio, ut solveret, & sic fieret tractatus, sive simultanea Locutio de debito: quam tamen exolevissè eamque hodie non esse necessariam post gloss. ad d. §. 15. vers. denunciare tradit Ludov. Gomez, Comment. ad §. itaque J. de Action. num. 1. Denique etiam denunciare est judici facinorum sum deferre einen Missandler bey der Obrigkeit angeben quo sensu capienda nostra Dissertatio & Clar. 5. Sent. §. ult. qu. 7.*

Dam-

Cap. I. de Explicatione Tituli.

Damhoud. *Prax. crim. C. 6.* Ritterhus. *Diff. jur. civ. & crimin.* L. 6. C. 3. Sed haec cuilibet nota, relinquimus, & potius
in germanicum Rüg inquirimus. Quam vocem aliquia Rügen heftshren derivant. Sed hoc minus recte fieri bene annotavit Simon. *in Colleg. ad jurispr. Dn. Struv. Lib. 3. Tit. 28. S. 2.* Rectius igitur deducitur ab antiqua germanica voce rügen oder rühen quod accusare, deferre, intimare, agere, denunciare, it. mulctare, damnare, judicare, significat, vid. Bebold. *Thes. Pract. Wehn. obs. Pract. & Speidel. Notab. jurid. sub verb. Rügen* de quo etiam Harsdörffer in grossen Schaus
Platz Jämmerlicher Nord-Geschicht. relat. 112. Tit. Ehe
bruchs Rüge s. 1. Das alte Wort Rüge bedeutet die Klage/ und wird auch gebraucht für die Strafe/ daher lesen wir in den alten Büchern von den Rüggraffen, welcher der Richter gewesen ist, in den Rüg-Gerichten von den Rüg-Rnechten Rüg-Geld/ Rüg-Buch. In der Evangelischen Geschicht Matth. 1. vers. 19. findet sich, daß Joseph die Mutter Gottes/ da er ihre Schwangerung vermerkt/ nicht habe wollen rügen/ das ist/ anklagen/ zu Schanden machen/ und zur Strafe ziehen, Et hoc Vocabulum frequenter in iure nostro saxonico occurrit, ut in Sachsensp. Lib. 1. Art. 2. in fn. ubi haec habentur verba: Ein jeglicher Bauermeister soll rügen/ und fragen um alle/ die zu Ding nicht kommen/ Prostfat quoque in Lib. 3. Art. 56.
& in aliis Locis paßim.

CAP. II.

DE
JUDICIALIS DELICTORUM
DENUNCIATIONIS DIVISIONE
DEFINITIONE ET REQVISITIS.

SUMMARIA.

1. Denunciatio evangelica | 3. An usu recepta?
2. Forma Denunciatio nisi evangelica. | 4. Denunciatio amerciaria

s. Diff-

De Judicialis Delictorum Denunciationis &c.

- | | |
|--|---|
| 5 Differentia inter Denunciationem ev- | 30 Prædicta |
| angelicam & canonicam. | 31 Distinctio |
| 6 Regularis denunciatio | 32 Responsio ad Contraria |
| 7 Denunciatio judicaria | 33 Resolutio dubii |
| 8 An ad judicariam Denunciationem | 34 Monitio quædam |
| requiratur, ut monitio aliqua præ- | 35 Secundum Requisitum |
| cedat | 36 Denunciatio differt ab Accusatione |
| 9 Rationes | 37 Opinio Bossi. |
| 10 Descriptio denunciationis nostra | 38 Sententia Scabinorum Lipsiensium |
| 11 Divisio traditur | 39 Denunciatio debet continere Locum |
| 12 Descriptio denunciationis privata | ¶ Tempus secuti delicti. |
| 13 Descriptio denunciationis publica | 40 Cur Locus & Tempus exprimendus? |
| 14 Alio divisio | 41 Limitatur I. |
| 15 Denunciatores publici qui dicuntur | 42 Limitatur II. |
| 16 Pro publico & necessario Denuncia- | 43 Expressio dicti ac horæ quando est |
| tore habendus non est, qui dicit se | necessaria |
| ideo deferre, quod vel officium, vel | 44 Limitatio I. |
| aliam ob causam Magistratus ostri- | 45 Limitatio II. |
| gus sit. | 46 Tertium Requisitum. |
| 17 Denunciatores privati quinam? | 47 Quartum Requisitum |
| 18 Quid per Voluntarios intelligitur. | 48 Dispositio juris Bavariæ. |
| 19 Subdivisione | 49 An ipsi, qui solum falso deculpsit ulte- |
| 20 Requisita specialis Denunciationis | rius fides sit adhibenda? |
| 21 Denunciatio obscura, generalis, & | 50 Ampliatio. |
| in certa, non valer. | 51 Quintum Requisitum |
| 22 Exempla allegatae Denunciationis | 52 Cur in denunciatione non opus est |
| 23 Quomodo denunciari debet. | Conclusione. |
| 24 Rationes | 53 Rationes |
| 25 An denuncians cogi potest, ad Deli- | 54 Relatio Zæsi |
| gium delatorum probandum. | 55 Protestatio Denuncianis. |
| 26 Doct. pro affirmativa Sent. | 56 Formula denunciationis judicialis. |
| 27 Doct. pro negativa Sent. | |

His ita premissis ratio instituti postulat, ut quoque de divisionibus Denunciationis agamus. Circa quam doctrinam pro Principio notandum, fundamentum Divisionis rem esse potentissimam, & ubique si confusiones evitare velimus, attendendum. Salicetus in L. ea quidem C. de Accus. facit quadruplicem denunciationis speciem 1. Evangelicam. Dicitur autem Denunciatio hæc evangelica ideo, quia originem ab Evangelio habet, & instituitur secundum Dispositionem in Legge evangelica expressam, ita ut prævia bina monitione, delin-

Cap. II.

16
quens Ecclesiæ denuncietur, & fit tantum ad poenitentiam, & si-
militer locum habet in quolibet occulte peccante, modo aliquo
2 modo de Delicto constet. Ejusque forma traditur Matth. 18.
vers. 15. Luc. 17. quæ bene est obseruanda. Primum Delinquens
propter commissa peccata privatim est corripiendus. Deinde
si hæc correctio nullum effectum habet, & Delinquens obsti-
nate in delictis perseverat, iterum monendum est uno vel adhi-
bitis duobus testibus. Denique si tam præfractæ frontis est, ut
hæc cuncta flocci pendat, tunc demum Ecclesiæ est denunci-
3 andus. C. sed illud 17. Dis. 45. C. novit. ille 13. x. de jud. De
hac Denunciatione an usu recepta, aut certa sanctione intro-
ducta, & confirmata, vid. Magn. Dn. Svendend. ad Fibig. Pro-
cess. p. 813. in nov. Edit. II. Canonicam, quæ est Criminis apud com-
petentem judicem, citra inscriptionem legitime facta delatio.
Dicitur vero canonica ex eo, quia a sacris Canonibus fuit in-
troducedta. Fit autem hæc Denunciatione super crimen occulto
quidem, quod tamen aliquo modo probari potest: & fit potis-
sum ad poenitentiam peragendam, vel aliam legitimam pœ-
nam imponendam; Dessel. Eros. j. Can. Lib. 5. Tit. 1. Qu. n. Et
hanc canonicam Denunciationem præcedere debet vel unica
tantum, vel etiam altera monitio charitativa, in quo differt
a Denunciatione Evangelica in qua triplex monitio necessario
6 requiritur. C. 23. & segg. x. de Accus. Inquis. & Denunc. III. Regu-
larem, quæ sit ad obseruantiam regularem, secundum diversas
Institutiones regulares seu ordinum monachalium. IV. Judicari-
am. Describunt denunciationem judiciale, quam & civilem, quia
7 a Legibus civilibus introducta est, appellantur, quod fiat per
Ministros publicos ad hoc constitutos, ut Delicta & Delinquentes
Magistrati denuncient; Sed an ad judiciale Denunciationem
requiritur ut monitio quedam præcedat? Negat Durandus Specul.
jur. Lib. 3. partie. i. num. 10. & 12. ut & Marant. Spec. Aur. p. 246.
9 Et ratio hujus est, quia LL. positivæ nullam hujus monitionis
mentionem faciunt; ubi autem Lex tacet, ibi & nos tacere de-
bemus. Deinde Casp. Zieg. ad J. jur. can. Lib. 4. §. 1. p. 906.
& hanc allegat, quoniam hæc Delatio successit in Locum Accu-
sationis; sicuti vero in Accusatione absque prævia monitione,
delictum

De Judicialis Delictorum Denunciationis &c.

ix

delictum potest intimari; ita quoque in Denunciatione judiciali. Quem Salicetum sequitur Marant. in 6ta parte ord. jud. Cap. de denuncia. mibi fol. 350. Angel. in Tract. suo Malef. in vers. nec non ad Denunciationem. Sed mittimus hasce & plures Denunciationum species, & ad nostram Denunciationem nos conferimus, definientes vel describentes eandem, quod sit legitima delictorum judici ad publicam vindictam facta delatio & suggestio. Dividitur hæc Denunciatio ulterius in publicam & privatam. Hanc describunt; quæ sit ad privatum interesse, & commodum, ut quando Filius, Servus, Rusticus, Pauperes, & alia miserabiles personæ, a patre, Domino & Potentioribus injuste opprimuntur, & propter Jus Patriæ vel Dominicæ Potestatis vel Subjectionis, quod ipsis obstat, vel ob Paupertatem, adversarii Potentiam, agere non possunt, recurrunt ad judicem & superiorem, eique oppressionem denunciant, & requirunt, ut eos sublever, arg. L. i. §. 8. & 10. ff. de offic. Prefect. urb. Maranta Spec. aur. P. 5 Tit. de Denunci. num. 3. Dn. de Jena de Sclo Maced. & incidenter de Denunciatione Evangelica Sess. 4. A. 3. n. 4. & 10. Panormitan. ad Capit. novit. 13. x. de judic. num. 48 seqq. Illa vero est, quando in judicio aliquod Crimen, ad publicam vindictam deducitur, ad denunciam alicujus officialis vel alterius Privati, & hinc producimus aliam divisionem, quæ nostro scopo magis inservit, scilicet quando Denunciatio ob personam denunciantem alia dicitur necessaria, alia voluntaria, & hinc delatores alii publici alii privati denominantur. Illi sunt, qui ex necessitate officii, juramento ad hoc adstricti, delicta denunciant, L. 7. C. de Accus. L. 6. ff. de Custod. & exhib. Recr. & in specie alias dicuntur officiales; Farin. de Judic. & Tortur. Non autem pro necessario, & publico Denunciatore habendus est, qui dicit, se ideo deferre, quod vel ob officium, quo fungitur, vel jus civitatis, vel subjectionem, vel aliam ob causam Magistratus obstrictus sit, Zang. de quest. f. Tortur. in proœm. num. 30. Voluntaria est, quam exercent privati, sive sit offensus ipse, sive alius promotor, sive delator spontaneus, vel denique ipse, delinquens. Idem c. l. num. 14. Intelligimus autem per Voluntarios non tales, qui omnino liberi sunt, & plane ad denun-

B 2

ciatione

Cap. II.

12

ciationem non possunt cogi, qualis regulariter nullus in Republ. reperitur; sed tantum eos, qui non sunt specialiter ad intimationem delictorum constitui. Denique subdividi solet denunciatio in generalem & speciem; Generalis est in qua nullus certus denominatur Delinquens; Specialis vero, quando in ea nominatur certa persona Scaccia, Lib. 1. de jud. Cap. 71. num. 2.
 20 Denunciatio specialis requirit (i) Expressionem delicti, ut judici constare possit, an sit Homicidium, Adulterium aut Furtum & quidem an sit delictum simplex, an qualificatum, utile etiam est & in foro Saxonico usitatum, in eventum inficiacionis, ex facto ipso certa quedam indicia simul in Denunciatione annotari, quibus gravetur Reus, ut si non statim confiteatur Crimen, saltem super indicis illius postea Torture subjici queat, prout tenet Angel. Aret. in Tract. Malef. in verb. Fama publica num. 108. & n. 114. quod tanto minus prudens Denunciator praesertim in dubia Delicti probatione omittere debet, quanto magis 22 Reipbl. expedit, Crimina debito modo coerceri. Et propterea Denunciatio obscura, generalis, & incerta minime valet per L. Libellor. 3. ff. de Acc. per quem Textum communiter notant Doct. quod Denunciator suam delationem proponere debet certo & clare, ut Denunciatus melius possit se in judicio defendere. Et hanc Conclusionem ita generaliter sumtam probaverunt Abbas in Cap. fin. de purg. can. Mar. in Spec. in 6ta parte de Inquis. num. 37. quos referendo sequitur Joh. Mar. Mont. in Praef. reg. 1. n. 4. vers. 4. prime. requiriuntur &c. ubi ex hoc, secundum praefatos, inserit, non valere Denunciationem, quando e. g. contra Titum denunciat, quod sit solitus committere furtum, homicidia, Blasphemias, & similia delicta. Hoc enim modo propter delictorum incertitudinem Denunciatus suas defensiones preparare non potest; sed in specie denunciari debet, quod commisit tale Furtum, in tanta quantitate, contra talen, tali Loco, tali mense. Et idem de aliis Criminibus &c. alias dicetur obscura, vaga & incerta Denunciatio, Boss. in Tit. de Inquis. num. 75. & 76. Dec. in L. edita C. de edendo Angel. in Conf. 25 ff. nam non licet vagari in incerto, cum discrimine alieni existimationis, L. 7. pr. ff. de injur. L. 16. ff. de Dol. mal. & si Libel- lus

lus incertus in causis civilibus non valet; multo minus in criminalibus, quia hic non de glande legenda, nec de oleo, tritico legato, de lana caprina, aliave re levicula agitur, sed de homine, creatura omnium nobilissima, deque ejus vita, existimatione ac salute agitur: Constat Crim. Carol. V. Art. 1. §. Als denn zu diesen grossen Sachen welche des Menschen Ehr / Leib / Leben und Gut belangen. Confer. Artic. 150. in fin. cuius tanta est iactura, ut major esse nequeat, arg. L. 10. ff. de Pan. Nov. 8. Justus Oldek. Quæst. 7. Decad. 2. num. 23. An autem Denunciants cogi possit ad delictum delatum probandum? hic queritur; videri possit, quod sic, idque per text. in L. 6. §. 3. ff. ad S. Turpill. ubi Nunciatores, qui per notoria indicia produnt, notoriis suis adiustere jubentur, quæ verba explicat Wesenb. ad Tit. ad S. Turpill. n. 9. Ad idem adducitur Textus in L. 6. ff. de Custod. Reor. Ex quibus deducit Mascard. Concl. 506. num. 1. Farin. Q. 16. num. 6. quod Denunciatores debeant probare id, quod denunciant, præsertim si sint privati, & sponte criminis denunciant, secus si ex Necessitate, vel debito officii, tunc enim sufficere putant, Testes delicto informatos nominare, concordat jul. Clar. §. fin. Qu. 7. num. 10. Contrarium autem 27 quod denunciator non cogatur denunciationem suam probare, nec Fisco assistere neque item suis prosequi sumptibus, sed dunt taxat obligetur ostendere ea, quæ de illo crimine novit, atque etiam nominare Testes criminis hujusmodi consciens tradit ex Capit. super his 16. X. de Accus. Dainhoud. Prax. Crim. Cap. 6. de Denunc. n. 10. videatur, quoque Fürstl. Sächs. Gotthaische Landes-Ordn. pag. 260. §. es sollen aber diejenigen usque ad verba: unachlässliche Straße angesehen werden.

Quo faciunt scripta a Mascardo & Claro alleg. loc. quod 30 de coniunctudine Denunciator non teneatur probare, quod denunciat, sed solum nomina Testium dare judici, similiter alleg. Clar. expresse refert, licet de jure (secundum ipsum) Denunciator teneatur probare vera esse, quæ in sua Denunciatione continentur, tamen communem ulim, & practicam hoc non admittere, sed sufficere, quod nomina Testium, vel nomina eorum, a quibus id intellexit, judici aperiat.

- 31 Illa distinc^{tio} magis tolerari potest, quam tradit Mascard.
de Concl. 506. num. 4, quod a probatione Denunciator liberetur,
si sumus in dubio, ipsum carere dolo, secus si de illius Ca-
32 lumnia vel dolo constet. Neque his obstat textus in dict. L. 6.
§. 3. ad 87. Turpil. Ex quo Julius Clarus d. qu. 7. n. 10. de-
ducit, quod Denunciator de jure scripro teneatur probare,
vera esse ea, quæ in sua Denunciatione continentur. Nam
textus ille nihil de Probatione dicit, sed de hoc tantum, quod
Magistratui, suis illis argumentis in inquisitione assistere cog-
atur. Wesenb. num. 9. de T. ad 87. Turpil. Unde judex denun-
ciatori mandat, ipsiusne denunciat, ut melius, se se informet, jul.
Clar. d. n. 10. infin. Minus facit ad propositum L. 6. ff. de Custod.
Reor. ut cuiilibet insipienti patebit, neque enim in Terminis
his dicit ad quod a Doctoribus allegatur, neque etiam recte
33 argumentum ex ea ad id stabilendum dicitur. Ex quibus
pater Resp. ad quæstionem, quod Denunciator ad palam pro-
cedendum denunciatum & probandum delictum regulariter non
fit urgendus.
- 34 Bene tamen facit judex, si causæ gravitas, vel aliæ denun-
ciationis Circumstantiæ, id expostulare videntur, ut adstringat
denunciantejurare, denunciationem veram esse, & non face-
re calumniaæ causa. Cap. veniens 15. x. de Accus. Decian. criminal.
Lib. 7. Cap. 17. n. 37. & post Damhoud. in Prax. Crim. cap. 6. de
Denunc. n. 11. Oldek. Tit. 2. Obs. 19. n. 6. Millæus Prax. crim. n. 7. p. 8.
- 35 II. Locum & Tempus, puta annum & mentem committi
delicti, alias denunciatio erit nulla & inepta text. est in L. Li-
bellor. 3. ff. de Accus. quæ jura licet loquantur in Libello accusa-
tionis, tamen idem erit in Denunciatione, cum pleræque so-
lennitates requisitæ in Accusatione, requiruntur etiam in De-
nunciatione & Inquisitione gloss. & Doct. in L. ea quid. C. de
Accus. Bart. in L. 2. §. se publico col. 4. n. 12. ff. de Adult.
- 36 Nam in hoc Requisito Accusatio a Denunciatione nou-
differit, Cut ut negari non possit magnam differentiam inter
Denunciationem & Accusationem subesse, Accusatio enim de-
tinet Accusatorem in judicio, manerque ille in Lite, ut Actor,
cujus partes sustinet, & ad cuius Petita judex jus & justitiam
admi-

administrat, fundatque processum ordinarium s. t. ff. & C. de Accus. sed Denunciator tantum judici delictum intimat, ut ulterius inquirat, & sic ipsi aperit viam ad inquirendum ex officio contra aliquem, quod nullo praecedente indicio facere non posset, Carpz. Pr. Crim. P. 3. Qu. 108. n. 54. Brunnem. ad L. 7. C. de Accus. & durior est illius, quam hujus conditio, Dn. de Jena de Sf. maced. & incidenter de Denunciatione Evangel. Sct. 4. A. 3. num. 8. Gudel. de jur. nov. Lib. 5. Cap. 14. & licet Aegidius Bosius Tit. de Denunciationibus n. 1. cum aliis quibusdam dicat, quod modus procedendi per Denunciationem fundet processum ordinarium, denunciatoremque fieri Accusatorum, falsum tamen hoc est, & modus procedendi per Denunciationem non est diversus ab Inquisitione. Nam Denunciatio nihil aliud operatur, nisi quod succedit loco dissipationis, vel querelæ, prout tradit Carpz. alleg. Loco & tali præjudicio:

Ob wohl ermelster Pusse dem Amt den Diebstahl angerüget / 38
damit es hier von Wissenschaft und Nachricht haben möchte / darauf das Amt Inquisition wieder vorgedachten Inquisitem C. S. angestellt / so mag er doch vor einen Ankläger nicht geachtet / noch zu Abstättung der Unkosten angehalten werden / V. R. W.

confirmat. Denique ut alias differentias in præsentiarum silentio prætereamus, in Accusatoris voluntate est, Delictum judici deferre nec potest ad accusandum cogi, L. un. C. Cet. nemo invit. & Conf. crimi. Carol. V. Art. 214 verb. Daß niemand wider seinen Willen zu klagen genöthiget werde, quod vero Denunciator facere nequit; deinde ad Accusationem necessaria erat Inscriptio. Denunciatio autem si sine inscriptione, sed quoniam prædicta ratio etiam in Accusatore hodie cessat, loco inscriptionis autem cautio aliqua juxta Ord. Crim. Art. 12. introducta est, ab hac etiam Denunciator liber est:) Sed in specie, 39 quod in Denunciatione & Inquisitione requiratur Expressio temporis habetur per Bartolum in L. 2. §. si publico n. 12. ff. de adult. cuius dictum communiter tenere dixit Prepos. in Cap. de Accus. 2. Quest. 8. 25. prout illum refert Foller in Præc. crim. mon. in verb. aut inquisitione formatas Cap. 6. num. 39. pro ut COM-

communem dixit Boff. in Tit. de Inquis. num. 90. & 91. & per totum mundum de Conventudine servari dixit Angel. in L. ea quid. num. 3. C. de Accus. quos & alios refert & sequitur Clarus in Prax.

40 Ques. 31. vers. quid de Anno praesenti &c. Ratio quoad Locum & Tempus est ista: quia nisi exprimerentur procul dubio in certa redderetur Denunciatio, ita ut non posset Reus probando negativam coarctatam se aliquo modo defendere, neque, si opus esset, Testes, qui contra eum deponerent, de falso convincere. Jul. Clar. §. fin. qu. 12. num. 9. Gail. Lib. i. obs. 64. n. 9. Imo quod plus est, Tempus & Locus non tantum Accusationi, verum etiam omni famosae actioni adjici debeat, arg. d. L. 3. ff. de Accus. Doct. ad L. 3. C. de edendo Mynsing. Cent. 2. obs. 32. quia licet civiliter procedatur, dicitur tamen causa gravis, & æquiparatur criminali, ex quo apud honestos viros fama & vita æqui parantur, Id. ibid. imo si excipiendo quis alteri crimen objiciat. Gail. cit. Loc. num. 10. Ratio alia; quia delictum augent vel minuant Locus & Tempus text. in L. 16. ff. de pen. nam ex loco non tantum sumitur Delicti qualitas, sed & delicti præsumtio, per L. 21. §. 11. ff. de Recept. qui arbitr. rec. Zang. de Tortur. Cap. 2. n. 83. Tab. de Tortur. ad Art. 25. §. 20. & varia statuuntur ex Loco & Tempore. L. 1. §. 2. depos. Autor Anonymus in

41 Prax. crim. Cap. 4. §. 5. Limitatur tamen haec assertio in Delicto, quod tractum successivum habet, ut in Crimine hæresis, in quo neque locus, neque tempus aliquod exprimendum, Bart. in L. 3. ff. de Accus. num. 10. in fin. Angel. Aret. in Tract. malef. in verb. hæc est quædam Inquisitio num. 65. Bald. in L. 23. C. de Prob. Farin. in Prax. crim. Lib. i. Tit. 1. Qu. 1. num. 17. Nicol. Reusn. Lib. 3. Dec. 18. n. 11. quia Locus & Tempus est incertum & indeterminatum.

42 Sicuti nec in Criminibus atrocioribus veluti Rebellionis, aut læse Majestatis requiritur, ut in Denunciatione tempus & locus apponantur, Angel. Aret. Loc. cit. num. 64. Reusn. dict. Loc. num. 12. Tiber. Decian. Lib. 1. Conf. 18. n. 72. & seqq. Jacob.

43 Menoch. Lib. 1. Conf. 100. num. 89. Sed de expressione dici ac horæ potissimum queritur? an regulariter tempus hoc in Denunciatione apponendum sit? Quod Neg. arg. L. 3. ff. de Accus. Ratio

Ratio aliqua vix potest assignari, quam quod Denunciator non possit semper recordari, ac proinde Leges noluerint ipsum ad aliquod impossibile vel valde difficile adstringere per tradita Clar. 5. fin. qu. 12. n. 13. Aegid. Boss. in Tit. de Inquis. n. 19. in fin. Farin. dict. Quest. 1. num. 18. Gigas de Crimine lesæ Majestatis Lib. 1. Tit. qualiter in Crim. les. proc. Quest. 3. n. 2. Reusn. dict. Decis. 18. num. 8.

Limitant in casu, quando delictum esset solum punibile, 44 certa die aut certa hora, alia vero hora seu die non: quia tunc talis dies, tempus, & hora, debet a Denunciante assignari, alias non potest fieri specialis Inquisitio. Ratio est, quia qualitas temporis & illius particularis diei est fundamentum inquisitionis: ideo præcise debet allegari. Bart. in L. solum s. sed ut probari ff. de op. nov. nunc & in L. Libell. ff. de Accus. n. 12.

Limitant secundo, ut petente Denunciatio debeat Dies ex-45 primi, quia forte intendit ipse ad sui Defensionem probare, quod eo die fuerit in alio loco remoto, a loco Delicti, arg. Art. 47. v. und man soll Ord. Crim. Clar. Loc. cit. n. 13. Gail. 1. obs. 64. n. fin. Mynsing. Cent. 2. Obs. 40. Gothofr. ad L. 3. ff. de Accus. Farin. Lib. 1. Tit. 1. Qu. 1. n. 20. ubi rationem reddit: quia per omissionem Diei reo inferretur laesio, & auferetur Defensio. Mezger. Consil. Crim. 15. num. 64. Si autem judex aut Denunciator ignorat diem commissi delicti, tunc non tenetur illum exprimere, & Inquisitio substituit, etiam quod illum Reus exprimi petat, per id, quod in simili de Accusatore tradunt Angel. Salicet. & alii relati per Clar. d. qu. 12. sub eod. vers. dixi etiam. infin.

III. NOMEN DENUNTIATI SEU DELINQUENTIS PROPRIUM, Rat. quia nemini dubium est, Actorem, Reum, & judicem legitimum constitutere judicium, sine quibus consistere nequeat. Proinde ut noverimus, quæ sint istæ Personæ, nomen proferri debet, unde habeatur notitia earum, Gregor. Tholos. in Syntagm. jur. Lib. 32. Cap. 8. n. 2. vel alia signa æquipollentia, quæ illum demonstrent: talis enim demonstratio vice nominis fungitur. L. 6. ff. de reb. cred.

IV. Nomen Denunciantis, ut constet non esse famosum 47 libellum, & possit, si calumniator deprehendatur, puniri; Et ut

ut possit considerari persona, an sit integræ Famæ, ut fidem meratur, Oldekop. Tit. 2. obf. 19. nam caute in hac re procedendum. Et ne magistratus hoc salutari remedio abutatur, probe in Denunciantis Personam inquire debet, Autor. Anonym. in Prax. crim. Altenb. Cap. 3. §. 7. ubi dicitur: Es muß auch die Obrigkeit des Denuncianten Beschaffenheit Leben und Wandel zuvor erwegen/ ob er solches Gemüths sey/ daß er die Wahrheit/ oder die Lügen und Verleumdung liebet/ damit nicht auf blosses Angeben ehrliche Leute in Schimpff und unwiederbringlichen Schaden ihrer Ehre gebracht werden/ add. jodoc. Damhoud. Pr. Crim. cap. 6. de Denunc. n. 12. cum quibus consentit jus Bavicum Tit. 2. Art. 4. fol. 800. Manz. Quæst. 78.

49. Et sic facile patet, quid de eo dicendum, qui semel veritatem suppressit, falsaque denunciavit; si præfracte frontis homo sit, & de ejus emendatione judex plane desperat, tunc ne hoc fastissimum munus per talem improbum hominem infametur, est rejiciendus, ac ne ejus peccandi licentia impunitate augeatur, penitus coercendus est, quo impostorum cautius denunciare discat. Si autem judex existimat, tales se esse emendaturum, omnino prævia admonitione, ulterius ad deferendum admitti, ejusque 50. delatis fides adhiberi poterit, arg. L. 13. ff. de Testib. Et hoc extenditur licet nominentur Testes defacto informati. Clar. §. fin. quæst. 5. n. 4. Oldekop. Obf. 14. quo tamen casu judex examine Testes, qs. in autorem Schedulæ posset, qua occasione constare posset de Delicto.

¶ V. Insinuationem legitimam judici competenti, qui non solum ob Domicilium vel Delictum sit competens, sed quis simul legitimam potestatem seu merum Imperium habeat, de qua competentia autem fusius infra in cap. V. An autem Conclusio est 52. necessaria in hac Denunciatione? neg. Rat. cur non sit conclusio ne opus, teste Wesenb. num. 3. ff. de Edendo &c. num. 16. de injur. cum tamen semper requiratur in Libello civili, & conventionali, ita quid. m. ut Conclusio Libelli sit præcipue attendenda, Wesenb. num. 3. ff. de edend. it. num. 3. C. de Prec. Imp. Offic. Gail. Lib. 1. obf. 61. quia totam Actionem ampliat, restringit, & moderatur, Wesenb. num. 11. ff. de obl. &c. act. redditur a Jul. Clar. §. fin.

fin. quæst. 12. num. 21. quia in civilibus pars; potest diversis modis concludendo Libellum concipere, ut diversis etiam modis sequi possit Sententia, sed in Criminaibus ex narratione facti oritur certa juris dispositio, quæ pro eo delicto poenam imponit, quæ ex diversitate concludendi variari non potest; paulo alter Jafon. in §. omn. *J. de Act. & ad Rub. J. de publ. jud.* aut enim pena Criminis certa lege definita est, & legis potestas adversus Reum exercetur, etiamsi neque Denunciator in Denunciatione neque judex in Sententia eam expreſſerint; aut extra ordinem punitur, & eo casu judex etiamsi a Denunciatore periculum non sit, arbitriariam penam pro qualitate admitti imponit. *L. 1. §. 4. ff. ad Sæ. Turpil. 1. 15. ff. ad Municip. 1. ult. ff. de priv. Del. ult. ff. de Furt. Gomez. 3. Var. c. u. num. 1. 2. 3. Mynsing. 4. ols. 31. Gail. lib. 1. ob. f. 61. Bach. ad Treutl. Disp. 31. tb. 3. lit. A.* Accedit & ratio, quod Denunciator tantum tenetur ostendere ea, quæ de Crimine novit, *c. super his 16. X de accus.* & judex, magistratus, iustitiarius, officiarius aut Fiscus, ea auditæ, inquirere debeat, vera ne sit, an falsa ejusmodi Denunciatio.

Quod tamen ab aliquibus non observari testatur, *Zœf ad 54 Tit. ff. de Accus. & Inscript. n. 26.* hisce verbis, quibus non est satis proponere crimen, sed postea ad certam penam concludunt, quam inferri reo postulant; non raro temere, interdum etiam ridicule, ubi etiam de Belgio assertit, quod serenissimi Principes Anno 1611. Ari. 41. edixerint, non debere officiarios esse sollicitos super conclusione capienda, quia satis sit gravare Reum secundum informationes, & petere sententiam fieri secundum leges, statuta aut mores. Plerumque 55 tamen solet post enarrationem facti subjici clausula ac Protestatio illa vulgaris, sc publici tantum boni causa de ferre crimen, ut inquisitio desuper instituatur. *Tab. de Confront. P. 2. §. 15. p. 56.*

Quia itaque Denunciatio est fundamentum furcæ inquisitionis, ideoque tam perfectam Denunciationem ad informationem judicum, Actuariorum, in Germanico idiomate apponere volumus.

Titius Sempronius, Gastwirth althier zu Leipzig in Sternbürgel bey denen löblichen Stadt-Gerichten althier das den 11. Jan. dieses 1693sten Jahres Abends um 10. Uhr Caius Sulpitius, einen Fuhrmann von Augspurg nahmenentlich Sejum Cassiodorum

von 40 Jahren / in Ulpiani Trajani Behausung in der Fleisch-
scher Gasse mit einem Brod-Messer zwey Stiche / einen in den
Nacken / den andern in die lincke Brust zugefüget / also daß er eine
halbe Stunde darauff gestorben / die Ursache ist gewesen / es hat
Cajus Sulpicius vor Sejum Cassiodorum das Geleute / und was er
in Mörselburg verzehret / ausgeleget / und als ermordet Sejus Cassio-
dorus bey Ulpiano Trajano zu Biere gewesen / ist Cajus Sulpicius
auch dahin kommen / und Sejum Cassiodorum alsbald vor einen
übeln Bezahlern gescholtan / und mehr als ihm schuldig gewesen / ge-
fordert / worauf Sejus Cassiodorus aufgesfahren und gesagt / ein
loser Mann schelte ihm vor einen übeln Bezahlern / und er würde nun
mermehr so viel als er forderte ihm geben ; Weil sie nun also streit-
ig und uneinig worden / so steht Cajus Sulpicius auf / und giebt
ihm eher man sehs versehen / diese gefährlichen Stiche / welches er
also propter bonum publicum dem Magistratui anzeigen wollen /
damit ferner Inquisition angestellet werden möchte / so geschehen
Leipzig den 12. Januar. 1693.

CAP. III.

DE

SUBJECTO ACTIVO.

SUMMARIA.

- | | |
|---|---|
| 1. Continuatio. | 12. Limitatio sublimitatur. |
| 2. Quis de jure civili denunciare potest? | 13. Secunda limitatio. |
| 3. Neminem ad denunciandum esse idoneum. | 14. Exempla 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. |
| 4. Ratio. | 23. Papillus & Minor regulariter denunciare & accusare prohibentur. |
| 5. Quis de jure canonico & hodierna praxi. | 24. Limitatur. |
| 6. Mulier regulariter denunciare & accusare non potest. | 25. Furiosus, mente captus, infans & alii. |
| 7. Rationes. | 26. Ampliatur. |
| 8. Limitatur. | 27. Qui subornatus falsum dixit Testimonium. |
| 9. Quid per suos intelligatur. | 28. Inimicus. |
| 10. Exempla. | 29. Rationes. |
| 11. Ut mulier ad denunciationem admittatur quidam prebet? | 30. Ampliatur. |
| | 31. Explicatur aliquo modo Inimicitia capitalis. |
| | 32. In- |

32. Inimicus repellitur, licet Reus contra eum non excipiat.
33. Viles persone.
34. Pagani, Judæi, heretici.
35. An alter alteri ob secreta commissa ad silentium obligatur?
36. Solo secretorum commissio sine stipulatione silentii an obligat ad silentium? 37. 38.
39. Deciditur affirmative.
40. Silentii praestatio est ex jure naturæ.
41. Quid si proferens nolit id esse secreta.
42. Semper videndum an denunciatio ne, dannum in cursuris alter.
43. Moralistarum conclusio.
44. Expressa silentii promissio valide obligat.
45. Declaratum Exemplo depositi.
46. Probatur Scripturæ dictis.
47. Ut & Ethnicorum suffragis.
48. Advocatus clientem denunciare probabitur.
49. Non poterit contra Clientem produci Tesis.
50. Rationes aliae.
51. Injunctionum hoc silentium in ord. Cam.
52. Advocatus non solum secreta sibi commissa, sed & que ipse in causa observat. retinere debet. 53.
54. In Ducatu Meagow durch die Land und Hoff-Gewichts-Ordnung.
55. Que pana Advocati garruli,
56. Mediolanorum pena.
57. Recensetur quintuplica pena ex Farinacio 58. 59. 60. 61. 62.
58. Monitum.
59. Medicus secreta agroti denunciare non debet.
60. Rat.
61. Nec poterit contra agrotum reffis produci in secretis sibi commissis.
62. Obstetrics Secreta denunciare non possunt.
63. Exemplo declaratur.
64. Temperamentum subjicitur.
65. Ministri Ecclesiæ quatenus ad silentium obligati. 72.
71. Confessio privata non inusta retenta.
73. Ratio 74.
75. Denunciatio sacerdotis nihil magistratus prodest nihil Reo nocet.
76. Doct. pro Decis. quod Ic. Revelatio in genere sit prohibita.
77. Doct. pro Decisione quod scil. Revelatio in specie sit prohibita.
78. Nec indicium prebet ad inquirendam.
79. Ampliatur.
80. Responsum facultatis juridice Lipsiensis.
81. De pena remissive.
82. Silentii fides reciproca esse debet inter confessorem & Confessarium.
83. Quomodo obligentur clam audientes confessionem.
84. Ratio Laymanni.
85. Illicito modo secretorum notitiam consecutus magis obstringitur ad silentium.
86. Ex causa Reverentia quinam denunciare prohibeantur. 87. 88. 89. 90.
91. 92.
93. Causa Cognitio privationem feude precedere debet.
94. Denunciatio debet esse dolose facta.
95. Denunciatio debet fieri in dominum domini.
96. Quid si ex denunciatione nullum dannum Domino sit illatum.
97. Eventus hic non attenditur, sed mala Vasalli intentio.
98. Denunciatio debet fieri invito domino.
99. Ratio.
100. Vasallo concedenda defensio.

Cum enim certi juris sit, priusquam in principali Causa fiat progressus. Exceptions contra Personas examinandas esse, L. 4 ff. qui testam. fac. poss. nemo temere ad denunciandum profiliat, sed prius tam ipsius personam, & quæ aduersus eum opponi queant sobrie perpendere necesse habet, ne postmodum majori cum turpitudine a limine iudicii, Reo scilicet aliquem personæ defectum opponente & probante, repellatur, juxta illud:

Turpius ejicitur, quam non admittitur Hostes.

- 2 Cap. 25. X de jurejurando Tib. Dec. in Tract. rerum crim. Lib. 3. cap. 6. num. 5. Petr. Theod. in Coll. crim. Disib. 4. Th. 2. Lit. C. De jure civili notum est, quod nemo regulariter teneatur denunciare delinquentem vel delictum commissum, aut commitendum revelare, adeoque sciens absque tamen participatione, si non revelat, non incurrit in aliquam poenam, L. 48. §. 1. ff. de Furt. L. 5. C. de Furt. & Serv. corrupt. Coler. de Process. Exec.
- 3 Part. 2. n. 112. Mod. Pift. illust. quest. 61. imo neminem esse ad denunciandum idoneum, nisi ad hoc munus specialiter sit destinatus: Bart. ad L. 6. de Custod. & Exhib. Reor. Jod. Damhoud. Pr. rer. crim. Cap. 6. n. 1. & 2. Oldendorp. Progymn. Act. Forens.
- 4 Clasf. 7. pag. 559. Nam cum maximum incommodum, magnamque calumniarum segetem inde enatarum viderent Legislatores, si cuiilibet privato ad delationem profiliare licitum esset; hinc, quo huic malo prævenirent, nec post vulneratam causam remedium querere opus haberent; expresse prohibuerunt, se vereque in eos animadvertere statuerunt, qui non officii necessitate adacti, alios deferre auderent, uti videre est in L. 20. C. de his, qui Accus. non poss. L. 6. 7. & 8. §. 1. & 7. C. de Delat.
- 5 Sed de jure canonico omnes admittuntur, nullumque, nisi, qui ab Accusatione, a Delatione repelli, habetur in Cap. 19. X de Accus. Vallenfis Paratitl. jur. Can. Lib. 5. Tit. 1. §. 5. n. 2. Sal. ad L. 7. C. de Accus. n. n. adeoque cum ad accusandum omnes indifferenter non admittantur, sed vel ratione ætatis, sexus, delicti proprii, officii, vel ob Defectum & denique propter Reverentiam vel alias ob causas prohibeantur t. t. ff. de Accus. & C. eod. & tit. de his, qui accus. non possunt, Struv. Exerc. 49. Th. 7. idem

idem observandum est in Denunciatione; quod & insequitur hodierna praxis, quo autem haec fiant clariora, in personas ipsas, quam tam ab Accusatione, quam delatione repelluntur; paucis lubet inquirere;

Sexus ratione repellitur regulariter ab accusatione mulier,
L. 1. & 8. ff de *Accus.* L. 12. C. de *bis, qui accus. non possunt.* Cap. prohib. 14. *Caus.* 2. Qu. 1. quia publicorum munerum & judiciorum non est particeps, L. 2. ff. de *Reg. jur.* Tib. Decian. in *Tract.* 7. *rerum crim.* Lib. 3. Cap. 7. n. 1. & seqq. Anton. Gomez. de *delict.* cap. 1. num. 31. Prosp. Farin. in *Prax. crim.* Lib. 1. Tit. 2. Qu. 12. Conrad. in *Pract. crim.* Tit. de *Accusat.* n. 15. v. 19. & quia pudor sexus eas non patitur coetui virorum, misceri, & quia alias ad querelas & accusations nimis sunt proclives, Ant. Mat. ad L. 48. ff. Tit. 13. Cap. 1. n. 2. idem est quod Denunciationem. L. 18. pr. ff. de *jure Fisci* Br. ad *dict.* L. Lauterb. in *Comp. ff.* Tit. de *jure Fisci* Lit. c. Limitatur autem haec assertio I. Si mulier suam, vel suorum, id est consanguincorum, vel cognatorum injuriam persequeatur. L. 5. C. ad *Scl.* Turpiss. L. 5. & 12. C. qui accus. non poss. Prosp. Farin. *Quæst.* 12. num. 16. Hieron. Gigas in *Tit. qui accus. poss. in Crim. less. majestat.* *Quæst.* 2. Lib. 2. Tib. Decian. Lib. 7. num. 9. seqq. Petr. Theod. in *colleg. Crim. Disp.* 4. Th. 6. Lit. D. Matth. Wesenb. in *Paratitl.* ff. de *Accus.* n. 9. jul. clar. Lib. 5. *Sent. J. ult. Quæst.* 14. vers. preterea dixi. per suos autem intelligimus in quos invita Testimonium non dicit, L. 2. ff. de *Accusat.* Exemplum est in L. 4. C. de *bis qui accus. non poss.* si Confobrini necem velit indicare. Ideoque quoties mulier denunciare alium vult, primo debet probare, nisi sit notorium, se eam esse personam, pro qua se gerit, v. g. se esse matrem intersesti L. 9. C. de *bis qui accus. non poss.* alias nisi hoc tanquam prejudiciale punctum probaverit, admittenda non est, alleg. L. 9. unde probant Doct. regulam; Quod non debeat quis admitti, ut talis, nisi prius probet se esse talēm; quam multis exemplis exornant Ricc. *Dec. Coll.* 306. Klok. Vol. 2 *Conf.* 39. n. 247. Sed haec Limitatio sublimitatur in L. 5. C. *dict.* Tit. Si modo res ad foeminitatem pertineat, i. e. si nullus alius sit, qui illam injuriam velit vindicare Pene enim. Filium Marcellinæ habet

Cap. III.

24

- re tutores, huic Filio instrumentum falsum, & cōfectum ob-
jectum est a Debitore, vel alio in judicio, *juxta L. 2. C.* eod hic
non opus est, ut Marcellina agat de Crimine Falsi, contra Fal-
sarium nomine filii, habet enim hic suos Tutores. Si autem
13 Tutores nolint, tum demum mater admittitur. SECUNDA
LIMITATIO, nisi ipsum delictum ita comparatum, ut speci-
14 aliter etiam mulieres admittantur, sic denunciare possunt, *I. in*
causa Annonæ. L. 3. §. ult. ff. ad L. jul. de Annona L. 13. ff. de Accus.
Wesenb. Tit. de Accus. & Inscr. §. 16. Ant. Matth. T. 13. Cap. 1.
15 *II. in causa Simoniz. arg. L. 31. C. de Episc. & Cler. Gigas in Tit.*
qui accus. poss. in Crim. lœsa majest. Quæst. 2. Lib. 2. Lauterb.
16 *Compend. ff. Tit. de Accus. L. 3. III. Sacri legii L. 10. C. de*
Episc. & Cler. ibique Br. n. 7. Carpz. Præct. crim. P. 3. Quæst.
17 *104. num. 24. IV. Si ex L. Cornelia ex Testamento fallo de-*
18 *nunciet, L. 2. ff. de Accus. Decian. Lib. 3. Cap. 7. V. Crimine*
lœsa majestatis, L. 8. ff. ad L. jul. majestat. C. 3. Caus. 15. Quæst. 4.
Br. addit. L. 8. in fin. Decian. Lib. 7. cap. 44. Toleman. in Tract.
19 *de Crim. lœsa majestat. Q. 131. VI. in adulterio mariti sui. P. 5.*
Ordn. Art. 120. Justus Meier. in Colleg. Argent. Tit. de Accus. &
20 *Inscript. §. 4. n. 7. VII. In crimen suspecti Tutoris §. 3. I. de suspic-
tut. Ratio in Pupillorum favore constituitur, L. 1. §. 7. ff. b. tit. &*
*quo magis tutores a male administrando deterreantur, cum vi-
dent tot oculos in se intentos. Mont. de Tutel. cap. 36. reg. 7. num. 8.*
& seqq. Bach. Vol. 2. Disp. 9. th. 3. lit. C. Zœf. ad Tit. de susp. Tit.
21 *num. 4. Mart. ad alleg. §. 3. VIII. hærefoes. arg. I. 4. C. de Hæret.*
22 *Tholos. lib. 32. & 13 IX Homicidam de morte mariti. Clar. 5. Sent.*
§. ult. qu. 14. v. præterea que dixi &c. P. Gregor. Tholos. 32. Syn-
tagm. 13. Gothofr. ad L. 1. ff. de Accus. & Inscript. Decian. Lib. 3.
cap. 7. n. 10. Boer. decis. 233. Harpr. §. 1. 7. b. t. num. 14 & 19. quia
in his casibus ab Accusatione non repellitur. Ideoque prius
quam mulier admittatur, examinandum est, an tale crimen sit
cujus denunciationem subire non prohibetur. L. 12. C. de his qui
accus. non possunt.
- 23 Propter defectum ætatis repellitur a Denunciatione Pupil-
lus, minor 20. annis, vid Bart. ad L. 8. ff. de accus. justus Meier in col-
leg. argentor. de jure Fisci p. 8 u. idem est quoad Accusationem, *L. 2.*
§. P. 8.

§. Pupillus ubi Doct. ff. de Accus. Angel. in Tract. malef. in verb.
 Et ad querelam Tuii vers. 12. prohibetur Pupillus &c. Gig. de
 Crimine lese majest. quest. 7. num. 1. Anton. Gom. dict. Tit. de
 delict. cap. 1. num. 31. nisi in criminibus exceptis enormissimis,²⁴
 puta hæresis, lese majestatis, Simonia, fraudatae annonæ, frau-
 dati census, & similibus, vel nisi suam suorumque injuriam
 persequatur, Villalob. in Comm. opin. verb. Minor. num. 92. Jul.
 Clar. quest. 14. vers. dicebam etiam & vers. sed quod in majore.

Defectus quoque mentis a Denunciatione & Accusatio-²⁵
 ne aliquem repellit, unde haud immerito Furiosus, mente
 captus, infans & alii qui his æquiparantur denunciare &
 accusare prohibentur. Siquidem in Denunciatione requiritur
 voluntas & Judicium. Quæ cum in hisce defundunt juxta §. 1.
 3. quibus non est permisum facere Testam. l. 7. §. 9. ff. quibus
 ex causis in poss. ear. l. 1. C. de Fals. mon. l. 40. ff. de R. f. ideo-
 que ad denunciandum & accusandum admitti non possunt;
 l. 16. ff. de jur. Fisc. etiamsi suam suorumque injuriam per-²⁶
 sequantur. Tib. Decian. Lib. 3. c. 11. n. 1.

Ratione fidei suspectæ ab accusando, & denunciando re-²⁷
 pellitur, quia aliquando subornatus falsum dixit Testimonium,
 l. 4. §. 9. ff. de accus. Decian. Tract. Crim. lib. 3. cap. 6. 7. 8. &
 seqq. Harpr. dict. §. 1. num. 10. In eodem enim mali genere
 perseverare præsumuntur. vid. Meier. Coll. argent. §. 17. pag. 812.
 Br. ad l. 8. ff. de Accus. & Inscript.

Ex eadem pariter ratione Inimicitia a denunciando & ac-²⁸
 cusando aliquem repellit, Spec. in Tit. de Accusat. Col. 10. vers.
 item quod est Inimicus Bald. & Ang. in l. 1. qui reus ff. de publ.
 jud. Angel. de Malef. in verb. & ad querelam Tuii vers. vige-
 simo repellitur &c. Decian. Lib. 3. cap. 25. num. 1. & num. 3.
 Damhoud. Pr. Crim. cap. 6. facit ad hanc assertiōnē Text. iii
 cap. 7. in cap. 13. in cap. 19. X. de Accusat. in §. 11. f. de Excus. Tit.
 & in can. 3. C. 3. quo 5. talis enim præsumitur potius denun-²⁹
 ciare ad privatam vindictam, quam Zelo justitiae, prout consi-
 derat Clarus in Præf. qu. 14. vers. ulterius dixi &c. & ideo
 propter odium, quod habet adversus denunciatum, lex eum
 mentiri præsumit, prout pariter considerat. Rim. inter Conf.

mal. divers. gl. num. 43. vol. i. nam naturale est, ut inimicus ini-
 micum odio habeat, & ei male cupiat, ut ait Aristot. lib. 4. Po-
 lit. cap. ii. Eaque est natura inimici, ut inimicum querat of-
 fendere quocunque modo & plus quam fieri possit, Angel.
 Consil. 261. Col. 3. in fin. vers. secundo quia &c. & sicut inimicus
 ferendo Testimonio prorsus repellitur, l. 3. ff. de Testib. l. 1.
 §. 24. de Quest. Auth. si testis productus C. de Testib. & l. 17. C.
 eod. Carpz. Part. i. Conf. 16. Def. 56. Ricc. Decis. Collect. 45.
 Mascar. Concl. 899. n. 27. Menoch. de Præsum. l. 1. qu. 43. num.
 4. ita pariter repellendi debet a Denunciatione, Tib. Decian. in
 Tract. rerum crimin. lib. 5. cap. 25. num. 1. & 3. Nicol. Reusin.
 lib. 3. consil. 2. num. 13. Conrad. in Præd. Tit. de accus. num.
 14. pag. 228. Coll. 2. & vers. 43. qui cum inimico &c. ubi pro-
 30 pterea inferendo dicit, quod ab accusando non solum repel-
 latur Inimicus, sed etiam qui cum inimico habitat, quique de
 31 ejus domo prodit. Quod tamen de inimicitia solummodo
 capitali accipendum est, puta si quis palam tibi maledixerit
 in faustas voces aduersus te jactaverit, status controversiam
 moverit, l. 6. §. 17. & 18. ff. de Excus. Tit. l. 9. ff. de his que in
 indign. vel omnium bonorum vel majoris partis, l. 21. ff. de Ex-
 cus. Tit. si inimicis tuis amicitiam suam copulavit, l. 28. C. di-
 inoff. testam. Nam levis & non capitalis inimicitia neque te-
 stem a testimonio ferendo, neque accusatorem ab accusando
 neque denunciantem a denunciatione removet, Bart. & Doc.
 in l. 3. §. fin. ff. de Testib. & in l. 3. §. fin. ff. de adim. legat. Deci-
 an. dict. cap. 25. num. 26. Anton Gomez. de delict. cap. 12. di-
 Prob. delict. num. 14. ubi etiam dicit, quod judicis arbitrio re-
 linquendum sit, quæ dicatur gravis & quæ levis inimicitia
 idemque tradit Clar. qu. 24. vers. ii. quero &c.
 32 Quæritur autem an denuncians inimicus omnino repel-
 lendus sit, si reus contra eum non excipiat, aut indictam per-
 sonam consentiat? & Resp. quod a judice qui solam verita-
 tem venari debet, inimicus nihilominus repellendi debeat, cap. 13.
 X. de Accus. l. un. C. si propter inimic. Siquidem Reipubl. in-
 terest, ne Subditi calumniis vexentur; Atque adeo inoffensus
 testium ac denunciatorum affectus querendus est, & non su-
 ficit. Cap. 12. 3. qu. 5. Repel-

Repelluntur etiam personæ viles cap. cum dilect. 20. X. de
Accus. Inquis. & denunc. Omnesque pagani, Judei, Haeretici.
cap. pagani 25. c. 2. qu. 7. & Sachsenip. lib. 3. artic. 7. ubi ex-
prefte afferitur, daß Juden, Heyden und Ketzerei keinen Christen
richtigen, oder bey den Gerichten angeben mögen; additur
tamen in glossa & hoc: Sie mögen nicht rügen das, so an-
dern wiederfahret; was sie aber selbsten unrecht leyden, mögen
sie wohl klagen.

Similis conditionis est is, cui alter secreta animi mane
festaverit. Separandi autem hic sunt Casus an crediderim
alteri secreta mea sine ulla silentii promissione vel exactione;
An vero silentii fidem stipulatus fuero in antecessum. Priori
casu, nulla quaestio alteri silentium imponat, ad esse videtur obli-
gatio; Alter enim suæ facilitati imputabit, quod lecretorum
animi participem fecerit alterum; Simili ratione, qua in So-
ciitate rerum alienarum sibi imputare debet, qui parum dili-
gentem socium elegit, §. fin. I. de Societ. Et sicuti nemo igna-
rus esse debet conditionis illius cum quo contrahit, I. 19. ff. de
Reg. Jur. ita præcipue in credendis alteri secretis idem ob-
servandum, & mores ingeniumque alterius accurate explo-
randum: quod quidem non diffcili experimento fieri potest,
si Plutarchi monitum sequamur, inquietis: ut vas experia-
mur, aquam non vinum infundimus: ita frivolum quoddam
committendum aliquando amicis, quo silentii fidem experia-
murus, ut si effutant nihil periculi sit. Inde alios, garruli illi &
omnis silentii impatientes plene rimarum haud maledicun-
tur, quicquid enim illis commiseris, mox effutiunt. Verum
haec eo saltem collimant, explorandum esse ingenium illius,
qui secreta committenda, sed nexum obligationis nondum
tangunt; an scilicet secretorum alterius Particeps redditus.
non promiso etiam silentio ad id obligetur? Quod utique af-
firmandum aestimo, ob tacitum utriusque consensum, qui
hoc casu subest; sicuti enim multa in ipsis Contractibus silen-
tio conveniuntur, que verbis non exprimuntur, ut optime
monet Javolenus in L. 51. pr. ff. locat. ita pariter in secretorum
commissione tacite silentium exactum & promissum censerur.

- 40 Et hoc ipsum quidem jus naturæ exigere videtur , dum non
permittit, ut alteri facias, quod tibi factum nolis, nunquam
velle vero præsumeris, ut secreta tua divulget alter ; unde
servare secreta esse de jure naturali, dicit Steph. a Sanct. Paul.
*Theol. moral. Tract. 2. Disp. 6. Dub. 2. n. 23. Ludov. Molin. de
just. & jur. Tract. 4. Disp. 5. num. 4.* quod idem statuit Petrus
Anton. Lazar. *Canon. Quest. de Monit. Sect. 2. Qu. 16. n. 2. Carpz.
jurispr. Eccl. Lib. 3. Def. 25. n. 14.* Constat tamen omnino
debet alteri proferentem velle, ut hoc maneat secretum ; seu
opus est, ut sub nomine secreti aliquid alteri committatur ;
Et wolle es ihm vertrauen oder ingeheim sagen/ vel etiam si in
aurem dixerit, aut juxta Poetam, *ad moto capite reliqui ne au-
dire valerent.* Eo ipso enim dum in aurem dico, nolo aliis
id revelari, hinc eo ipso tacite alter ad silentium obligatur ;
Quorsum & illud spectat, sub Rosa aliquid proferre. Longe
alia videtur ratio, si quis levitate animi detegret crimen, non
animo illo, ut audiens illud non teneretur detegere, sed ja-
ctabundus proferret, parvipendens an sciatur, an sub secreto
teneatur, sic enim in audiente nulla tacita ad silendum obli-
gatio, Mol. dict. *Disp. 5. n. 2.* Sed quamvis ita excusat quan-
dantenus, qui talia denunciaverit, melius tamen confuler con-
scientiæ, si viderit, an denunciatione hac damnum sit illatu-
rus proferenti, an non : quantum enim unquam possibile da-
mnum ab altero avertendum. Alias certum, quod mens pro-
ferentis de secreto tenendo, non faltem ex verbis aestimanda ;
sed & ex qualitate Secreti revelati : Quid si enim tibi ta-
lia referam, quibus revelatis ego grave damnum sim incursu-
rus ; sane non licebit tibi hæc effutire. Non enim censeor
contra propria commoda militasse, aut memet periculo gravi
exponere voluisse ; hinc nec tibi licentiam dedisse videri po-
tero, ut quæ periculi plena tibi commiseram, in vulgus spar-
gas, & me damno exponas, spectat huc Moralistarum Con-
clusio : *obligatur quis ad Silentium ex eo tantum, quia si pro-
ximi secretum reveles, illi damnum illatus sis, quod sine ju-
sta causa aut necessitate licitum non est, sed contra Legem na-
turelam de non nocendo proximo in anima, corpore, honore,*
Famæ,

Fama, fortuna bonis. Paul. Layman. *Theol. moral. Tom. I. Tract.*
 3. L. 3. P. 2. cap. 5. pr. quod ulterius ducit Ludov. Molin.
de j. & jur. Tract. 4. Disp. 3. n. 2. Sequitur jam alter casus, 44
 ubi silentium speciatim promissum, quam obligationem validam esse nemo negabit; Interponitur enim hic super honesto negotio (Turpum enim aut ubi boni mores leduntur, nulla obligatio §. 7. J. mand.) consensus fidesque promittitur; hanc vero violasse nefas semper existimatum; gravementum est fidem fallere, L. 1. pr. ff. de constit. pec. nec audiendum est, qui vult fidem constitutae rei frangere. L. 25. pr. ff. ead. Cum nihil tam congruum fidei humanæ sit, quam ea, quæ inter eos placuerunt servare. L. 1. pr. ff. de Pact. Apprime facit hoc a deposito deductum argumentum. Electa hic deposito-45
 ficiarri fides, cui res meas custodiendas commisi, L. 1. §. 4. de-
 pos. hanc si fallat, fideique immemor sit, non saltem ad rei
 restitutionem obligatur, sed & infamis fit insuper. L. 1. ff. de
 his qui not. infam. L. 6. §. 6. eod. L. 10. C. depos. Si in rerum,
 leviorum etiam depositione hoc obtinet, quis idem, si secreta animi amico custodienda, sub silentii fide committam, ob-
 tinere negaverit? Imo major hoc casu subest adhuc ratio, de-
 positum enim alienatum a quoconque Possessore vindicare
 valet Dominus, arg. L. 9. ff. de R. V. & sic rem cum omni
 causa recuperat deponens: Ast si secreta animi semel denun-
 ciata, nullus hic vindicationi locus; sed damnum manet ir-
 reparabile. Spectat hoc illud Poetæ:

46

Arcanis dictis lingvam observare momento

Diclorum majus depositum est opibus.

Suffragantur huic argumento juris divini monita, sanctam
 secretorum custodiam injungentia. Calumniatoris enim es-
 se dicitur, prodere secreta, sed hominis bona fidei, ea re-
 tegere Prov. 11. v. 13. Et inter gravissima scelera proditio se-
 cretorum refertur ab Apostolo 2. Timoth. 3. v. 4. Hinc se-
 creta moris nobiscum debere, monet Syrac. c. 19. v. 10. esten-
 sionem revelatio secretorum tale delictum, quod omnem ami-
 citiæ nexum tollit & vix reconciliationem admittit, Syrac.
 C. 22. v. 27. & C. 27. v. 19. & 24. Conf. Dominic. a Scoto de

D 3

Secret.

Secret. tenendo membr. i. Qu. i. Concl. i. Molin. de iust. & 47 jur. Tract. 4. & Disp. 5. & 6. Et ob hanc causam silentium adeo commendatum etiam Ethnicis est, ut lingvæ sigillum arcanorum verborum imponendum existimaverint, rati præstantiore esse sermonum, quam possessionum custodiam, unde Ovidius *Art. Lib. 2.*

Eximia est virtus, praestare silentia rebus,

At contra, gravis est culpa, tacenda loqui

& Horatius *Sermon. Lib. 1. Satyr. 4.*

Fingere qui non visa potest commissa tacere

Qui nequit; hic niger est, hunc tu Romane caveo.

Pariter grave ejusdem Poetæ monitum est, quod habet *Lib. 1. Epistol.*

Arcanum neque tu scutaberis illius unquam

Commisumque, teges & vino tortus etira.

Imo optimum ac tutissimum administrandarum rerum vinculum esse taciturnitatem, bene monet Valer. *Max. Lib. 2. Cap. 12.* Adeo ergo commendatum sit silentium fides, ut muti quoque citius loquantur, quam secreta pandantur. Verum non pigebit, post explicatam generalem ad silentii fidem obligationem personas quasdam adduxisse, quibus singulariter silentii gloria relista est; quæque silentii fidem præ cæteris quam pessime fallunt.

48 Ex allegata causa prohibetur *Advocatus* denunciare clientem, quia *Advocati* ad silentium Clientibus suis sunt

49 obligati; Ex qua causa *Advocatus* contra clientem testis produci non potest. *L. ult. ff. de Testib. cap. si testes 3. caus. 4.*

Q. 3. Farin. Qu. 60. num. 156. seqq. Vincent. de Franch. Decis. 222. Surd. Decis. 190. Gvido Papa Decis. 45. Mascard. Concl.

50 66. Ant. Faber in *Cod. Tit. de Testib.* Cujus rei aliam quidem rationem reddit. *Carpz. Process. Tit. 13. Art. 5. num. 45.*

quod se. *Advocatus* ob commodum ex causa speratum repellatur a *Testimonio*, vel etiam propterea quod affectionem ad causam habeat, qualis affectio testimonium reddit suspicuum. *cap. ult. x. de testib. in 60. Sand. Decis. Fries. Lib. 1. Tit. 10. Def. 4. Campeg. de Testib. Reg. 312. Farin. Qu. 60. num.*

155. Verum si quæstio moveatur de illis, quæ Advocato a Cliente suo concredita, ob silentii fidem, ad quam Advocato a Cliente suo concredita, ob silentii fidem, ad quam Advocatus tali casu est obstrictus, testimonium illud non admittendum dicerem. Longe enim alia ratio in Scientia Advocati, quam ante Advocationem, vel etiam post eam aliunde de re controversa habuit; Et illa scientia, quam habet ex Clientis sui sibi secreto & confidenter facta relatione & communicatione; Ad hanc denunciandam & detegendam Advocatus nequaquam cogi, aut in Testem adhiberi potest, ne proditor causæ vel prævaricator dicatur, Berl. P. 1. *Decis. 101.* num. 6. Gutierrez. *Lib. 1. canon. Qu. Cap. 11. num. 58.* Wurmfur. *obs. Cam. Lib. 1. Tit. 4. obs. 1.* Struv. *Tit. de Testib. Th. 40.* Christin. *Vol. 1. Decis. 583.* Grönneweg. *in LL. ab rog. ad L. fin. ff. de Testib.* omnem enim spem ac fiduciam in Advocatum suum collocat Cliens, imo ad eum tanquam sacram Anchoram configit, opem & auxilium vulneratae cause ab eo præsto latus. Offerit se paratum Advocatus; in causæ viscerā inquirit, ac Conscientiam clientis excutit penitus. Fatetur hic omnia, pariter ac si cum Confessario sibi res esset, & animi angustias in finum Advocati effundit, certissimum inde sperans levamen. Unde Advocatum & Confessorem hoc casu pari jure censendum estimat Nevizan. *in Sylv. Nupt. Lib. 3. num. 47.* quippe qui & juris Sacerdotes esse debent, *L. 1. ff. dej. &c. j.* Atque vero num ne deceptum dices miserum clientem, si Advocato postea secreta causæ denunciare fas esset. Ad silentium ergo adstringitur Advocatus, vel expresso suo pacto, vel voto ad minimum Clientis, secreta sua celari cupientis. Hanc fiduciam fallere, Clientis damno non debet, sed fidem desideratam præstare. Et hanc silentii fidem ab Advocato Moralium Doct. exigunt. Layman. *Theol. mor. Tom. 1. L. 3. Tr. 3. P. 2. c. 5. n. 1. in fin.* Navar. *Tom. 3. C. 18. n. 50. & cap. 25. num. 42.* Gutierrez. *d. 1.* Molin. *de iust. & jur. Tract. 4. Disp. 5.* In specie idem ad Advocato exigit Ord. *Can. P. 1. Tit. 64. verb. auch Heimlichkeit und Behelf/ so sie von denen Partheyen erfahren / oder Unterrichtung der Sachen/ die*

Cap. III.

32 die sie von ihm selbst mercken werden / ihrer Partheyen zum Schaden niemand offenbahren.

53 Ex quo loco notanter moneo, non necessum esse, ut sub silentii fide expressa Advocato secreta communicet Cliens, sed jam dum tacite ad id obligari Advocatum, ut etiam in his silentium præsteret, qua ipse non a Cliente didicet, sed ex Actis observavit, per dict. verb. von Ihm selbst mercken Barth. Agne.

54 Tr. de offic. Advoc. cap. 24. Imo in Ducatu Megapolitano in der Land- und Hoff-Gerichts-Ordnung. P. 1. Tit. 18. Rubric. der Advocaten und Procuratoren Eyd. juramentis Advocatorum hæc clausula inserta, de non propalantibus causæ secretis, sive hac a partibus acceperint, sive ipsi ex actis didicerint, idem legitur in Ordinat. Trib. Wismar. P. 1. Tit. 19. Rubric. der

55 Advocaten Eyd. Nec alienum ab eo est jus nostrum Romanum, quod in genere Advocatum, qui proderit causam, extra ordinem puniri vult. l. 1. in fin. ff. de Præv. l. 3. §. 2. ff. eod. Franc. Marci P. 1. Decif. Delphin. 640. n. 2. Paris de Puteo de Syndic. Rubric. de Excess. Advoc. cap. 1. num. 6. estimabit vero hoc casu judex quantum pro gravitate damni Clienti illati, mereatur poenam Advocatus. Mediolani aliquando Cauſificus ob hanc Secretorum proditionem bonorum publicatione & Relegatione temporali punitus fuit, uti ex Bossio refert Farin. Oper. crim. quæſt. 4. num. 15. Aliqui vero talem Advocatum damandum esse in metallum vel deportandum in insulam volunt, juxta Bologn. in Avth. habita C. ne filius pro Patre quem refert Rosand. a Valle Vol. 3. conf. 36. num. 24.

56 57 Ipse vero Farin. quintuplici ratione hanc proditionem puniri docet 1) Advocatus ejusmodi infamis fit per L. 4. §. 4. ff. de his qui not. infam. arg. l. 4. ff. de Prævar. Add. Marquard. Freher. de Exissim. lib. 3. cap. 14. Nam extra dubium est, quod talis Advocatus Crimen prævaricationis contrahat. Est enim

58 Prævaricator omnis cauſæ proditor. l. 1. pr. ff. de prævar. (2) ab advocandi & procuraadi munere repellitur arg. l. 5. ff. de

59 Præv. (3) Tenetur Domino actione mandati ad damna & 60 interſſe refundenda. (4) punitur poena extraordinaria pro ar-

61 bitrio judicis & qualitate admissi. (5) Vult sententiam ex præ- vari-

de Subjecto allivo.

33

varicatione latam esse ipso jure nullam, vel minimum restitu-
tione in integrum retractandam. Conf. in his omnibus Me.
noch. de A. f. Q. Cas. 323, num. 8. seqq. Barth. Agricol. de
officio bon. Advocat. cap. 24. p. m. 99. Discat ergo Advoca-
tus continere labra ne forte secreta magistratu revelando
perniciem conciliet Clienti. Agric. dict. tratz. p. 98.

De Medico idem afflunt, obligatum ipsum esse ad si-
lentium ægroti præstandum, in illis que ipsi secreto com-
missa, & sic denunciare hæc omnia prohibetur. Nam & de
Medico concipit fiduciam morbo detentus, eum ex fide mor-
bo profligando operam impensurum; huic fideliter ipsi cau-
sam morbi, & quid in naturæ Leges quoquaque vitiorum
generi deliquerit, exponit; hac certa lactatus sive omnia si-
lentii Pepio in voluturum Medicum. Accedit Ratio, quod 65
Medico secreta talia committantur coacte, quo paratiorem
ab eo consequatur medicinam: vulnus enim deegas necesse
est, si opem medicantis expectas, secundum Baldum in cap.
Super eo X. de Cohab. Cler. jam vero pessimum fore, si ille
qui coacte negotium revelare necessarium habui, silentii fidem
derectaret. Nevizan. Sylv. nupt. l. 3. num. 47. in med. Un.
de nec Medicus in Testem vocandus erit, super illicita ve-
nere aliove crimine, quod ægrotus ad impetrandam medici-
nam confessus erat Medico, Gutierrez. Canon. Q. Q. lib. 1. cap.
u. num. 58. In obstetricibus pariter silentium exigit Layman.
Theol. moral. d. l. & ita ad denunciandum non sunt idoneæ,
nam & his secreta committuntur, que denunciari committ-
tens minime cupit, & pari necessitate, qua erga medicum
ægrotus, erga obstetricem gravida scemina ad secreti Con-
fessionem adigitur, imo & ipsa obstetrix in jure nostro qua-
dantenus medicinam exhibere dicitur l. 1. s. 2. ff. de Var. &
extraord. Cogn. ut sic ob quam causam opem ejus implorave-
rit scemina, reticere debeat. Alio Exemplo hoc declarat 68
Petr. Anton. Lazar. Canon. Q. Q. de Monitor. Setz. 1. qu. 16.
num. 3. Si puella ex fornicatione imprægnata revelare hoc
obstetrici secure non posset, sed de silentio obstetricis du-
bitaret, potius solitarium eligeret partum, quam opem ob-

E

stetri-

Cap. III.

34

stetricis imploraret, & ita vel vita periculo seipsa subjec-
ret, vel prolem suffocaret. Suarez. Tom. 5. Disp. 20. num.

69*ii.* Quod si tamen vel continuationem delicti, vel ullum
partus periculum metuere possit obstetrix, tanta Silentii Re-
ligio esse non debet, ut & delinquendi occasionem præsta-
re valeat. De fide silentii, quam præstabant obstetrics Ä-
gyptiacæ non prodendo parturientes judæorum uxores, lau-
data Exod. 1. vers. 15. seqq. in præsens disquirere non vacat,
sed Theologorum discussioni relinquo, ab iis iterum veni-
am expectans, si Ministrorum Ecclesiæ nexum quoad secre-
ta tegenda paucis tetigero.

Progedior itaque ad Ecclesia Ministros, quoique
70 eos stringat silentii necessitas. Recepta Ecclesiæ conservu-
do est, ut peccatorum onere pressi exonerent Conscientiam
suam apud Ecclesiæ Ministrum, & ab eo solatium expetant.

71 Quam confessionem non tanquam absolute necessariam, sed
utilem & piam Ecclesia Lutherana retinuit, vid. Carpz. Ju-
rispr. Eccles. Lib. 2. D. 275. Conf. August. Confess. Art. 11.

72 Si ergo conscientia stimulis adactus, speciale delictum
quoddam exposueris Sacerdoti, omnino fidem ab eo tacite
exigis, ut silentio tegat omnia, quæ ipsi commiseris, & ut
non denuncientur ea, quæ ipsi sub sigillo Pœnitentie &
Confessionis dixeris; Hanc vero Silentii fidem si falleret,
eo majus piaculum foret, quanto turpis Christi ministro
fidem datam non servare. Qua de re bene monet Baldwin.

73 *Caf. Conscientiae. L. 4. cap. 10. Caf. 7.* Quod, quæ in Con-
fessione Ministro Ecclesiæ quasi in aurem dicuntur, instar
arcanissimi depositi sint habenda, quia confessio non fit ho-
mini, sed Deo; neque instituitur in actu Confessionis in-
quisitio judicialis arcanorum, sed conscientiis consulitur,
quæ mole peccatorum confessione sua s' exonerant, & effi-
cax solatium querunt. Quam eandem rationem, quod
Confessarius sibi secreta commissa non sciat, ut homo, sed
ut Deus ex cap. 2. X. de offic. jud. ord. canon 2. de pœnit. Di-
scipl. 6. cap. 13. X. de Excessib. Prel. cap. 12. circa fin. veri-
cavat autem omnino X. de Pœnit. ubi expresse habetur, quod
Sacer-

Sacerdos nihil eorum, que ipsi a confiteente concredita sunt revelare debeat: & si hoc fecerit, tanquam ignominiosus deponendus sit, urgent. Carpz. jurispr. Eccl. Lib. 3. Def. 25. n. 8. Beier. Tr. de sigillo Confessionis cap. 2. §. 19. Conf. Vincent. Caroc. Tr. de Revel. Confess. Qu. 1. num. 17. seqq. Facit quod id, quod 74
 Sacerdos in Confessione audit, secretum sit, ergo celare id debet. Nam qui secreta revelat, jus naturale violare videtur, arg. Cans. de forma 18. Caus. 22. Qu. 5. Can. qui ambulat. 5. caus. 5. Quest. 5. Menoch. arbitr. iudic. Cas 414. n. 2. Gigas Tract. de Crim. lsf. majest. rubr. qui accus. possunt criti. lsf. majest. Quest. 18. ubi inquit: *Sicut Deus homini confitenti regit peccatum interius, ita & exterius Sacerdos celare debet.* Ex 75
 quibus omnibus elicitor: Quod si revelatio est prohibita, si Sacerdos non ut homo, sed ut Deus scit, & si quod auditur in confessione, secretum esse debet: Nihil ista revelatio vel Magistratui prodesse possit, vel Reo nocere debeat. Sacerdos siquidem in effectu nihil scit, adeoque nec judicem in iudicio instruere potest: Ut consequenter ejus Revelatio, neque ad deferendum juramentum purgationis, neque ad inquirendum indicium quoddam faciat. Imo nec audiendi sunt confessa denunciantes, sed potius puniendi. Cap. 13.
 X. de Excess. Prael. Br. Proc. civ. cap. 20. n. 60. Philipp. Devis. Sax. 1. obs. 4. Zeil. in addit. seines Hand Buchs vel materialis voc. Beicht Conf. Ord. Eccl. Elecl. Sax. Art. gen. 2. §. ult. ibi: Nach dem auch mehrmals grosse Beischwerniss erfolget, wenn entweder die Kirchen-Diener oder die verbörte Personen aus der Beichte geschwahet / sollen ihnen allen auffergeleget, besonders aber den Kirchen-Dienern, eingebunden werden, was ihnen von Gewissens-Händeln in der Beicht vertrauet / niemand / wer der auch seyn möchte bey Vermeidung ernstlicher Straffe zu offenbahren/ sondern wie sichs gebühret verschwiegen zu halten.

Adde, hanc revelationem non tantum in genere impro- 76
 bant. Dominus Lutherus in colloquiis suis germanicis cap 14.
 von der Beicht und Absolution Rubr. Ob ein Diener des
 Worts Zeugniß geben möget fol. 191. in Tom. Jenense ibi.

Cap. III.

36

Sie hat mir nichts gebeichtet / sondern dem HErrn Christo,
 und weil es Christus heimlich hält / so soll ichs auch heimlich
 halten, und strack's sagen: Ich habe nichts gehört / hat Christus
 was gehört / so sage ers. Et ibi: ist sic absolviret / da
 weiß ich Doct. Martinus nichts um / sondern Christus weiß es /
 mit dem sic geredit. Denn ich höre nicht Beichte / absolvire
 auch nicht / sondern Christus & ibid. vers. Wie aber wenn
 ein Beicht-Bater ic. historiam de scemina quadam Veneta
 & Monacho, recenseret, ac sententiam Venetorum contra
 Monachum revelantem latam, probat Panormit. ad cap. 13.
 X. de Excess. Præl. num. 2. & 4. Gail. Lib. 1. obs. 100. n. 8.
 Mynsing. Cent. 5. obs. 41. n. 4. Monach. arbitr. judic. Cas.
 180. num. 21. & Cas. 414. Franciscus Marci Decis. 772. num.
 2. Part. 1. Gabriel Commun. concl. Lib. 7. concl. 37. num. 16.
 Ripa de Peste de Remed. ad curandam Pestem cap. 8. num. 99.
 Farin. Tract. deind. & Tortura Lib. 1. Tit. 5. Quæst. 51. num.
 93. seqq. Prukm. Vol. 2. Consil. 16. num. 77. Tutchus Præd.
 Concl. Lit. C. concl. 686. num. 1. Goedlm. de Magis Lib. 3.
 cap. 7. num. 22. 23. Ayrer. in Process. juris histor. cap. 2. obser.
 776. num. 53. Sed etiam ulterius & specialiter tradunt Inter-
 pretes, quod Confessio coram Sacerdote facta, nullam pror-
 fusi fidem mereatur, nullumque operetur in judicio effectum:
 Ex prædicta ratione, quod Sacerdos sciat Confessionem i-
 stam, ut Deus, non ut homo, did. cap. Si Sacerdos 2. in fin.
 Covar. ad Lib. 4. Decretal. P. 2. cap. 8. §. 12. num. 10. vers.
 constat etiam scientiam fol. 115. Ripa de Peste did. cap. 8. num.
 104. Gabriel. commun. Concl. did. Concl. 37. num. 18. ibi:
 nulla penitus ei fides esset adhibenda. Decian. did. Tract. crit.
 Lib. 2. cap. 14. num. 5. Macard. de probat. Vol. 1. concl. 37.
 num. 1. 5 Menoch. Lib. 1. Pres. Quæst. 80. num. 26. 27. Farin.
 did. Tract. de indic. & Tortura lib. 1. Tit. 5. Quæst. 51. num.
 96. ibi: nullam prorsus fidem &c. Gomez. variar. ref. tom. 3.
 78 cap. 13. de Tortur. Reor. num. 9. ibi: imo neque alium ali-
 quem effectum operatur: ita ut ne quidem indicium prebeat
 ad inquirendum; Pruckm. did. Vol. 2. Consil. 16. num. 78.
 ibi: quin imo ne indicium quidem &c. Besold. Vol. 2. Consil.

54

§4. num. ii. ibi: que nec indicium ad inquirendum facit &c.
 ubi & in hanc sententiam allegat Caroc. Tract. de Revelat.
 confess. quest. 18. Exolt. ad l. Jul. maiest. §. 16. Meier. Colleg.
 argent. ad cit. tit. §. 3. n. 26. Licet quis iterum coram alio 79
 Sacerdote confiteretur, & hic Sacerdos posterior confessio-
 nem istam vicissim manifestaret: Nihil tamen dictum illud
 probaret, quia hic duo Sacerdotes non sunt contestes, sed
 nulli: Gomez. dict. cap. 13. n. 9. in fin. Et ita in Terminis 80
 Facultas juridica Lips. Responsum Anno 1654. dedit.

P. P. Demnach aber, und wosfern euer Bekanntnus dem
 Beicht-Bater in der Beicht geschehen, und demselben nicht
 gebühret, dahjenige, so ihm in der Beichte vertrauet, andern
 zu entdecken: So ist euch solche des Beicht-Baters gegen dem
 Superintendenten beschuhene Offenbahrung nicht præjudicir-
 lich und nachtheilig, also daß ihr weder mit dem juramento
 purgationis, noch einige Straffe zu belegen oder den Klägern
 Geld zu geben schuldig seid: sondern ihr werdet nach Gelegen-
 heit disfalls und in Mangelung anderer Beweitung, oder rich-
 tigen Indicien und Vermuthungen von angestellter Klage
 und ferner Inquisition billich absolviret und entbunden.
 V. R. W.

De pena quæ talen Revelationem insequitur vid. Be- 81
 sold. Thes. præc. vocab. Beicht.

Cæterum uti regulariter silentii fides debet esse recipro- 82
 ca, ita inter Ministrum Ecclesie & illum, qui conscientiam
 suam exonerat, idem obtinere debet, Conf. ordin. Eccl.
 Elect. Sax. superius num. 75. allegata, Gvazz. Tract. ad de-
 sens. Inquisit. tom. 2. Def. 32. cap. 25. num. 2. Mâscard. Concl.
 37. n. 4. ne hic, quæ minister secum egit, revelet; Extat
 hac de re Consilium, quod refert Dedeckin. Vol. 5. tit. de
 Ministr. Eccl. Conf. 49. f 927. ex quo sententia huc retulisse
 non pigebit. Es soll auch ein Beicht-Kind verschwiegen seyn:
 und nicht nachlassen: was man mit ihm in der Beicht redet.
 Dann es ist Schande, daß man ein solch Gedreisch aus der
 Beicht macht, und was der Pfarr von wegen seines tragen-
 dem Amts aus Gottes Befehl in der Beicht geredet, das

Cap. III.

38

wird ihm zum übelsten gedeutet / und wird zehnmahl so viel
drüber gelogen / daß ist Schande / und gebühret der Weltli-
chen Obrigkeit zu straffen; Denn gleich wie ein Pfarrer ver-
schwiegnen Mund halten muß / also gebühret diese Zugend
auch dem Beicht-Kinde. Was wüsten doch die Leute / was
dein Pfarr mit dir geredet / wenn du es nicht selbst nach-
wüsstest?

83 Vlterius nec id negari potest, silentii nexus constringi
illos, quibus quidem non facta confessio peccatorum, sed
qui cathedrae pœnitentiali ad stantes clam auribus percipi-
unt Confessionem; Die bey dem Beichtstuhl lauschen oder
84 horchen / was gebeichtet wird. Cujus hanc rationem reddit
Layman. *Theol. moral. libr. 5. tract. 6. cap. 14. n. 17.* quia res
in ordine sive intentione ac sacramentalem ablolutionem
manifestata ex Christi institutione; ac præcepto, usu &
traditione Ecclesie confirmato, hoc onus, seu obligationem
annexam habet, ut a nemine, ad quemcunque ejus noticia
85 pervenerit, sine gravi sacrilegio revelari possit. Verum hanc
rationem ex suis principiis deducit Laymannus. Nobis il-
la ratio sufficerit, quod is, qui per delictum secretorum
alienorum notitiam consecutus, ad silentium obligetur, nam
hi ipsi arctiori vinculo tenentur ad secretum servandum,
quam si ipsis sponte ab altero esset commissum, semel enim
peccant, daß sie den Beichtstuhl belauscht und behorcht, Al-
tera vice peccant, revelando secretum, in cuius notitiam in-
justo modo devenerant, Molin. *de j. & j. tract. 4. disp. 3. in*
fin. quod generaliter intelligunt Moralistæ de omni secreto
quod quasi vi ac fraude ab altero acceperit, vid. Leonh.
Less. *de just. & jur. lib. 2. cap. II. dub. 8. num. 54. seqq.*
Dom. a Stoto *de justiti. & jur. libr. I. Q. 10. Artic. 2 circa*
86 *fin.* Steph. Fagundez. *ad Decal. libr. 8. cap. 6. num. 12.* Pro-
pter Reverentiam deferre nequit Filius Patrem, *I. 8. ff. de*
Accus. alias huic tanquam indigno auferre potest heredita-
87 tem. *Nov. 115. c. 3.* Alumnus educatorem *I. 17. C. qui accus.*
non poss. Discipulus Præceptorem, servus Dominum *I. pen-*
88 *C. diæ. iii.* Libertus Patronum *d. I. 8. &c.* idem est in *Va-*
sallo

fallo & subdito quoad Dominum. vid. Brunner. ad *I. 17. C 89*
qui accus. non poss. Just. Meier. in Colleg. argentorat. de jur. *90*
Fisc. n. 17. cui specialiter poena Privationis feudi, in textu *91*
expresso *i. Feud. 17.* ubi dicitur: *Si Vasallus credentiam Se- 92*
nioris in ejus damnum scienter manifestaverit beneficio, i. e.
feudo carere debet. constitutus est; nam justum est, ut pro be-
neficio accepto fideles se exhibeant, fidelitas vero sine silen-
tio nulla erit, in quo unanimiter consentiunt Confuetudi-
num feudalium interpres. Math. de Afflict. *ad d. t. 1. Feud.*
17. quibus mod. feud. amit. Schrad. *de feud. P. 9. c. 5. n. 42.* &
magno numero ab hoc allegati.

Non tamen ita feudo excidit Vasallus, ut nullus defen- *93*
sioni locus superfit, sed causa cognitio, & sic quoque Va-
salli Defensio praecedat necessum est, per text. *i. Feud. 21.*
vers. sine cognita causa. Cum enim ex textu antea allegato
tria requisita concurrere debent, ut feudo privatetur; nim. I.
Dolus, quod requisitum latitat in voce *scientes* dict. *text. i. Feud. 17.* Quod quidem generale est in omni delictorum *94*
genere, absque proposito enim & Dolo delictum revera non
commissum censetur; Cum animus & propositum distin-
guant maleficia. Carpz. *Prax. crim. Qu. 27. num. 2.* adeo ut
magis ad animum & voluntatem in delictis respiciatur, quam
ad exitum. *Lib. 14. ff. ad L. Cornel. de Sicar.* Non enim a-
ctiones hominum ex eventu, sed ex consilio extimandæ.
Andr. Tiraquell. *de poen. temperand. caus. si. num. 7. & 9.*
II. requiritur damnum Domini, dict. *text. i. Feud. 17.* Matth. *95*
de Afflict. addit. *text. num. 9.* Tib. Decian. tradit. *crim. Lib.*
7. cap. 17. num. 11. quod quidem in dubium est, si hoc dam-
num intenderit Vasallus secreta denunciando, & hoc dam-
num quoque fuerit fecutum, ubi juris jurandi Religionem,
qua obstrictus Domino erat, violat manifeste, & delictum
hoc ita omnibus numeris consumatur, sed & idem obtine-
bit, si nullum damnum hac ratione Domino sit allatum.
Quippe malitia Vasalli, quantum in ipso est, jam penitus *96*
est consummata; Eventus vero ut sc. ita damno afficiatur
Dominus, non fuit in potestate delinquentis Vasalli, ut hinc
illi

Cap. IV.

49

illi commodo esse nequeat, quod dñnum nullum fuerit il-
 latum. Hinc & textus feudal 1. Feud. 17. non eventum sed
 malam intentionem Vasalli considerat, id saltē exigendo, ut
 scienter & in dñnum Domini facta fuerit denunciatio. Hie-
 ron. Gigas Tract. de Crim. Ies. majeſt. Rubric. qualiter &
 quibus Crim. Ies. majeſt. committ. Qu. 21. num. 8. Schrad. dict.
 98 cap. 5. num. 50. III. Requisitum est ut Denunciatio facta fue-
 rit invito Domino, quod exp̄s̄e requirit Feudista 1. Feud.
 17. dum juramento fidelitatis hanc inseruit clausulam; si ali-
 quid mihi de secreto manifestaveris, illud sine tua licentia
 99 nemini pandam. Schrad. de feud. P. 9. cap. 5. num. 54. in fin.
 Cujus manifesta ratio est, quod volenti non fiat injuria, Cap.
 100 sciens de Reg. J. in 610. non poterit citra causae cognitionem
 an illa requitalia adſint constare; Imo spatium legale indul-
 gendum Vasallo, ut prober se sine dolo & non in dñnum
 Domini denunciasse. Conf. Rosenth. de feud. cap. 10. Concl.
 12. n. 6. & seqq. Notandum vero quod hæc nostra Aſſerta
 Exceptionem patiantur in Criminibus ſupra exceptis & ſi que-
 dam prædictarum personarum ſuorumque injuriam per-
 sequatur & aliis caſib⁹, ubi omnes, ſalvi tamen iis que in
 præcedentibus affirmavimus ad accusandum & deferendum
 admittuntur nec Exceptio illegitimationis locum habet Carpz.
 Pr. Crim. P. 3. Qu. 104. num. 23. 24. 30. 31. 40. Meier. cit.
 Loc. §. 20. p. 812.

Hæc aliaeque perſone, de quibus Doctores ſuſius agunt,
 delinquentes denunciare prohibentur. Ex quibus facillime
 intelligendum, que nam perſone econtra denunciare queant,
 nempe, que prohibite non ſunt,

CAP. IV.
D E
S U B J E C T O PASSIVO.

S U M M A R I A.

- 1. Subjeſtum paſſivum.
- 2. Iudex ad ſpecialē inquifitionē
- 3. Consultat prius Scabiniatum.
- 4. Nemini

de Subjecto passivo.

41

4. Nemini defensio est deneganda.
5. Princeps defensionem auferre non potest.
6. Rationes.
7. Ex officio debet dari Reo defensor.
8. Utrum denunciatus Innocentiam suam demonstrare volens admittendus sit, antequam ad Articulos inquisitoriales respondeat? n. 16. Litt. mit, ibique Prejud. n. 17.
9. Rebus Scabinorum Lipsiensium.
10. Spatum legitimum, ad defensionem introducendam denunciatio est dandum.
11. Opinio Jul. Clar.
12. Limitatur de jure Saxonico.
13. Prejudicium.
14. Copia Processus cuius Sumptibus danda sit?
15. Limit.
16. Fama judicii ob oculos est ponenda.
17. Quom, probanda.
18. Munitus bona fama, ob innocentiam in judicium non est deducendus.
19. Rationes.
20. Vita ante acta observanda est.
21. Cicero.
22. Num Reus denunciatus expensas recuperari posse?
23. Prejudicium.
24. Num judex defensiones Reo denunciatio ex officio querere & supplerre debet?
25. Ord. Crim.
26. Rot.
27. Iudex non debet Defensiones denunciari impediens.
28. An iudex exceptiones a denunciato omittas debet supplere.
29. Infames delinqüentes non possunt puniri.
30. Gail. & Danhoud. opinio.
31. Exemplum,
34. Opinio Carpzoo.
35. Infans taliter delinqüens virgis castigandus est.
36. Num pena sit mitiganda ob minoritatem?
37. Num ob Senectutem?
38. Num ob adversam Valetudinem?
39. Num ob furorem?
40. Num ob melancholię?
41. De favore surdi ac muti.
42. Dormientes si delinquant nulli peccatae subjacent.
43. Limitatur.
44. De delictis ebriorum.
45. Ignorantia facti regulariter a pena excusat.
46. Exemplum. 47. 49. 50. 51.
48. Limitatur.
49. Quatenus spontanea Confessio mitigat penam,
50. Rationes. 54.
51. Prescripacio tollit delictum.
52. Ampliatur.
53. Diutina, denunciatio, in Carceribus detentio mitigat penam.
54. Rationes.
55. Reus criminis non punitur, si se tortura purgaverit.
56. Quæstio.
57. Tres diversas opiniones Doct.
58. Peritia delinqüentis mitigat penam.
59. In specie ex quibus causis cuiusque criminis pena sit remittenda demonstratur remissio.
60. Furtum non committitur si contraclavis putat Dominum non fore invitum.
61. Idem est si putet contraclavis Dominum esse invitum cum tamen non sit.
62. Nec clavis famis furum a pena ordinaria excusat.
63. De moderamine inculpatæ tutelle remissio.
64. In

68. In casu homicidii a pluribus in
rixa commissi pena homicidii de-
bet mitigari.
69. Dolus, qui si non adeſt homicidii
pena locum ſibi non vindicat.
70. Culpoſum homicidium non punitur
pena ordinaria.
71. Casuale homicidium nulla proſer-
pens coercendum eſt.
72. Quid obtineat ſi ex Medicorum
aliorum culpa decelerit?
73. Bannitus impune interficitur.
74. Viarum obſeffores & nocturni Pro-
palatores impune interficiuntur.
75. Quæſio.
76. Pater adulterorum Filia impune oc-
cidit.
77. Permititur quoque marito occi-
dere adulterum.
78. Quaratus Reus in Crimine Par-
ricidi & infanticidii excusandus
ſit, 79. 80.
81. Quæſio.
82. Non omnis mutatio nominis pa-
na falso panitur, sed quædam etiam
impunitæ ſunt.
83. Quam panam excludit penitentia.
84. Ignoramus in expedente, vel
poſſeſſo von dolosa falso moneta,
excusat a pena.
85. Ex variis cauſis mitigatur pena
adulterii remifſive.
86. Idem obtinet in crimine Incendi,
87. Et alii delictū.

Subjectum paſſiuym ſunt perſonæ adverſus quas denun-
ciatio dirigitur, qua in re iterum animadvertendum, num
ex cauſa ſpeciali Reus denunciationi non ſubjeceat; Non
enim ſufficit ad denunciationem rite proponendam, ut de-
nunciator prius ſue ipſius perſonæ rationem habeat; ſed ut
& inſuper, & ejus quem denunciare intendit, perſonam con-
ſideret, neceſſe eſt; denunciari autem regulariter poſſunt o-
mnes tam mares, quam foeminae, tam puberes, quam impu-
beres, I. 4. C. de auſorit. preſtand. l. 37. §. 1. ff. de Min. tam li-
beri, quam servi, I. 12. ff. de Accuf. & Inſcript. utut negari non
poſſit, hanc regulam Limitationes suas habere, ſed quia de-
latorum non ſit, ſuper delictis ac perſonis cognoscere, ac pro-
nunciare, que punibilia, & denuncianda ſunt, que non, ut
loquitur gloſta ad Art. 2. lib. 1. Sathſenſp. & quoque Emer-
Rohrbach Pract. crim. lib. 1. cap. n. n. 17. Cognitio enim ju-
ris ad ipſos non ſpectat, ſed ad judicem. Salycet ad l. ea qui-
dem C. de Accuf. n. 13. ideoque etiam cuilibet ſue noſte re-
linquimus. Monendum autem eſt, quod antequam inquiran-
tis in Reum, hoc eſt, judeſ ſpeciale inquisitionem & car-
eturam contra denunciatum inſtituat, neceſſe ſit, ut praee-
dant legitima indicia ad denunciatum delictum tufficiantia.

Cum

Cum non levius injuria irrogetur, homini non infamato, si contra eum specialiter inquiratur. *cap. qualiter & quando 17. X. de Accus.* Nec potest judex temerario ausu & motu proprio quibusvis improbis delatoribus aures credulas locando, ad inquisitionem, per quam saepe honestarum plarum & innocentium Familiarum Splendor & dignitas maximopere laeditur, prorumpere. Quem in finem saluberrimus in foro saxonico mos obtinet, ut antequam procedant ad inquisitionem judices, soleant non propria autoritate ad inquisitionem devenire, sed regulariter consulant Scabinatus, missis simul indicis, an justam inquirendi causam habeant nec ne. Bech. in *Comment. ad ff. Tit. de Accus. & Inscript. obs. Praef. n. 12.* Ique ipsis injunctum est in Ord. Pol. de Anno 1612. iir. von Justitiis Sachen. n. 5. in fin. ibi: Da aber in einem oder dem andern Fall unsern Amt-Leuten erhebliche Zweifel vorfielen sollen sie zwvor/ ehe sie zu dem Inquisition-Proces schreiten/ so wohl auch folgends sich in den Schöppen-Stuhl des Rechten zu befreien oder in unserer Regierung Bescheids zu erhohlen schuldig seyn.

Indubitati autem juris est, ipsummet Reum Innocentiam suam probare volentem admittendum, & audiendum esse, etiam si appareat, justam defensionis causam non subesse. Hipol. de Marsil. in *Praet. §. quoniam num. 31.32.* Math. Wensb. in *Paratit. ff. de Accus. num. 12. vers. item quod Reo.* Hoc enim jus naturale postulat, ut quis Reus audiatur, nec cuiquam defendendi facultas adimitatur; Nequidem a Princeps L. 3. §. si ad Diem ff. de Remil. L. 7. C. de jure Fisci Clem. Pastoralis de re judic. Alex. Lib. 7. Consil. u. num. 1. Cravett. Consil. 592. num. 28. & Consil. 657. num. 57. Nicol. Reusn. Lib. 2. Decis. 10. num. 10. Jul. Clar. Lib. 5. Sent. §. ult. Quæst. 49. n. 13. quia Princeps, si ea evertere conatur, quæ sunt juris naturalis contra recte rationis dictamen & conscientiam suam agit. Multo minus Consvetudine defensio Rei intercipi potest, quod alias nihil esset aliud, quam innocentem condemnare. Imo ex officio dari debet Reo defensor, qui acta inspiciat, atque ex iis, innocentiam, quantum fieri potest, deducat. Unde est, quod dicant Doctores Defensionem ho-

Cap. IV.

44

8 mini ab homine non esse denegandam, imo ipsi Diabolo permisam. Hinc queritur primo: Utrum denunciatus Innocentiam demonstrare ac deducere volens audiendus sit, antequam ad Articulos inquisitiones responderit? Accidit enim saepius dicit Carpz. in Pract. crim. P. 3. Quest. 15. ut delinquentes super Articulis inquisitionalibus interrogati respondere nolint, innocentiam suam allegantes, ad ejusque probationem se offerentes, eo fine & intentione, ut processum inquisitorium avertant, & effugiant: quo casu an audiendi sunt, dubitari potest? Domini Scabini defuper consulti arbitrii fuere, bene advertendum esse, quidnam denunciatus probare intendat; Etenim si dicat, se minus gravatum, aut crimen delatum tale non esse, propter quod Inquisitus adversus honestam personam formari possit ac debeat; idque probare & legitime deducere, ac per id capturam & inquisitionem avertere velit, dubium non est, quin admittendas sit; ne scil. facultas exceptions declinatorias opponendi ipsi admatur, ac Inquisito denegetur beneficium hoc, quo in processu ordinario quilibet accusatus gaudet, L. 19. C. de Prob.

10 L. pen. & ult. C. de Except. Ad defensionem parandam spatium legitimum Denunciatio est indulgendum, quo durante adulteriora progredi judex non debet, Farin. Quest. 39. num. 3. & 7. quantum vero illud sit, discretioni judicis definitum merito relinquitur qui illud pro gravitate cause, & difficultate probationis determinabit.

11 Innocentiam suam deducturo, actorum non modo, sed & ipsorum quoque indiciorum Denunciatio, quamvis non petenti ob defensionis favorem a judice danda est, per trad. Jul. Clar. Lib. Sent. §. ult. Quest. 49. num. 2. & L. 19. ff. de pæn.

12 In foro autem Electoratus saxonici denunciato vel ejus Advocato copia Actorum inquisitionalium exhiberi non solet; sed facultas falso in judicio, praesente judice, & Scabinis, perlustrandi illa conceditur; ut ex iis cum testium tum dictorum atque indiciorum qualitatem, aliaque intentione sua inservientia excerpatur, Carpz. P. 3. Quest. 15. num. 10. ibique

13 tali præjudicio confirmat: Ob eundem nun wohl die Inquisition

Acta

Acta und der Zeugen Aussage zu durchsehen verweigert werden will/ in Betrachtung/ daß nach eröffneten Zeugniß der Gegen-Beweis/ deme die Defension zu vergleichen/ nicht zulässlich ist/ dieweil aber dennoch solches allein in ordentlichen Bürgerlichen Processen stat hat, und auf die peinliche und Inquisition-Proceß nicht zu ziehen/ noch Inquisition zu Ablehnung des wieder ihm verhandenen Verdachts und Indicien, so fürnehmlich aus der Zeugen Aussage herrühren, und zu Ausführung seiner Defension nicht was zu verweigern/ so werden auch euch und euren Advocato so wohl der Zeugen Mahnen und Arrestata, als die ganzen Inquisition Acta zu durch sehen vorgelegt/ und ihr nachmahl's mit euer defension und Unschuld nothdürftig gehöret. Quæ tamen communicatio Actorum sit sumtibus e.¹⁴ us, qui defensione utitur. Br. in Proceß. Inquis. cap. 7. membr.
3. num. 19. Nisi persona communicationem petens sit pauper,¹⁵ quo casu ne innocentia agentis personæ indefensio maneat, sumtus ex publico veniunt erogandi, Consit. Crim. Art. 47. ibi:
Wo aber der Verlagte oder seine Freundschaft solchen obgedachten Kosten Armut halber nicht ertragen oder erleiden möchten/ damit denn nichts desto minder das Ubel gestrafft/ oder die Unschuldige wieder Recht nicht übereilet werden, so soll die Obrigkeit oder das Gericht die Kosten darlegen/ und der Richter in Rechten verfahren. Si autem denunciatus hoc unicum a.¹⁶ gat, ut innocentiam suam aliamve exceptionem probet, quo a pena delicti ordinaria liberetur, tunc eum non audiendum esse, priusquam ad articulos inquisitionales responderit, & ita pronunciavit Facultas juridica Lipsiensis teste Carpz.¹⁷

Daß Inquisitus vor allen Dingen auf die verfaßten inquisitional Articul sich einzulassen und zu antworten schuldig, ehe und zuvor solches geschicht/ mag er mit Ausführung seiner Unschuld/ dazu er sich anerboten; nicht zugelassen werden, er wollte denn so viel darthun/ und beibringen, daß der Inquisition Proceß aus erheblichen und rechtmäßigen Ursachen wieder ihm nicht anzustellen wäre/ auf solchen Fall würde er vor gehörner Antwort mit der anerbotenen defension billich gehöret/ Defensione jam suscepta fama judici est ob oculos ponenda a denunciato.¹⁸

- 19 ciato. Probari vero potest non solum per testes, sed etiam per literas & instrumenta, nihil enim regulariter ineft, anne verbis aut scripto fides nobis de re aliqua fiat, vid. Mafcard. *de Prob. Lib. 2. concl. 751.* Cravetta *Conf. 411. num. 63.* Habetque insignem effectum bona fama, quando Denunciatio testimonium de aliquo negotio perhibendum eft, videmus enim & lege fancitum & moribus comprobatum eft, ut af- fertia unius gravis & honesti viri plus fidei faciat, quam si
- 20 multi leves & infames testes quid garriant; Munitus bona fama ob innocentiam in judicium non eft deducendus. Hinc si contra Reum eft alicujus criminis indicium, pro denuncia- to vero bona, honesta, & probata fama fiat, non poterit Reus vigore illius indicii, torqueri, *L. 5. §. 6. ff. de re mil.* vid. Ol- dekop. *Tit. 4. obs. Crim. 17.* quandoquidem qualitas vitæ præ- cedentis, ex qua bona fama orta eft, hujusmodi indicium
- 21 plane elidit, Bauriz. *in captiv. cap. 1. num. 8. ibique alleg.* Ju- re enim & regulariter quilibet præsumitur bonus, & hone- stus, expers delicti, & innocens, usque adeo, ut quoties- cunque ex actu aliquo poſtulant capi duo intellectus, quorum unus in delictum incidit, alter vero non, ille accipiendo eft, qui delicti expers eft, & delictum magis excludit, quam inferat, Menoch. *de præsumt. Lib. 3. Præsumpt. 12. n. 65.* Gail. *Lib. 2. obs. 110. num. 5.* æquum enim eft, ut boni nominis fin- ceritas bono fit Patrocinio, Damhoud. *in Prax. crim. cap. 26.* n. 29. & qui olim bonus probatus fuit, & hodie talis præſu- mitur. *L. 5. §. 6. ff. de re mil.* Attendendam etiam semper esse vitam ante actam; nam ex vita ante acta appetet an do- lo, an vero ex errore aut impetu peccaverit, Menoch. *L. 3. Praef. 141. num. 14.* Mafcard. *Concl. 72. num. 14.* Imo sem- per intellectus hominis debet eſſe benignus, ut bonum po- tius quam malum de proximo ſuo credat & præſumat, Bald. *in L. 4. C. si servitus vind.* Cravetta *Conf. 44.* Eleganter er- 23 go Cicero pro Roscio, *Nonne ignis in aquam coniectus, con- tinuo reſtringitur, & refrigeratur;* Sic reservans falſum cri- men in purissimam, caſtiſimam vitam collatam, ſratim conci- 24 dit & extinguitur? Denunciatus Reus propter Præſumptio- nes

nes ex vita anteacta ortas, si innocentiam suam deduxerit,
num expensas recuperari possit, dubium est, cum innocens
fuerit, nec deliquerit, ut puniri amissione Expensarum posse
non videatur? Verum licet innocens quoad penam ex De-
licto infligendam, a quo etiam absolvitur, non vero quoad
Inquisitionem, cui vita sua anteacta causam dedit, ut proin-
de damno non afficiatur, quia damnum, quod quis sua cul-
pa sentit, sentire non videtur, L. 202. ff. de R. J. Br. in Proc.
Inquis. cap. 9. num. 2. Dn. Stryck. Disp. de vita anteacta cap.
4. num. 17. Hinc ibi, eodem, eodem referente, pronun-²⁵
ciari solet. Dass zwar Inquisitus so viel in actis ausgeführt/
dass er der zugemutheten Zauberrey halber unschuldig; Weil a-
ber dennoch erhebliche Indicia wieder ihm anfanglich verhan-
den gewesen/ dadurch diese Inquisition verursacht worden/zu-
mahl man auch sonst seines geführten Wandels sich solcher
Ubelthat wohl zu ihn versehen können/ ist er die Unkosten die-
ser Inquisition zu erstatten schuldig. V. R. W.

Judex qui alias non tenetur supplere, que sunt facti, We-²⁶
senb. de Pacz. n. 4. in Criminalibus vero defensionem, que
ex actis appareat etiam nullo defendantे, adducere potest, Id-
que Imperat. Carol. V. disertis verbis observari iustit, in Ord.²⁷
Crim. Art. 47. in Prin. So in dem ictigmeldten Fall der Bes-
lagte die angezogene Ubelthat verneinet/ so soll ihm alsdenn
fürgehalten werden/ ob er anzeigen könnte/ dass er der aufgeleg-
ten Missethat unschuldig sey/ und man soll den Gesangenen son-
derlich erinnern/ ob er könnte weisen und anzeigen/ dass er auf
die Zeit/ als die angezogene Missethat geschahen/ bey Leuten
auch am Enden und Orten gewest sey/ dadurch verstanden, dass
er die verdachte Missethat nicht gethan haben könnte/ und solche
Erinnerung ist darum noth/ dass mancher aus Einfalt oder
Schrecken nichts fürzuschlagen weiß/ ob er gleich unschuldig ist/
wie er sich des entschuldigen und ausführen soll. Nam inqui-²⁸
satio ita facienda est, ut non tantum non auferantur denun-
ciatio defensiones sue, sed etiam ut ea faciliores reddan-
tur, & ut Reus, si innocens sit, se tueri facilius possit. Jacob
Schult. ad Modest. Pst. quaest. 125. Et iudex non debet ipsius²⁹
defen-

defensiones impedit, sed potius adjuvare eundem, bene perpendens illam Christi sententiam qua mensura mensura fueritis, eadem mensura iudex districtus remettitur vobis, quæ in hac materia allegatur, *in cap. qualiter & quando X. de Acto cuius.* Accedit, quod iudex Exceptions a denunciato omisias quæ favorem & defensionem denunciati, debeat supplere. Rosb. *Prax. civ. lit. D. defens. n. 12.*

Denunciatione & Inquisitione instituta legitimeque peracta, si denunciatus, convincatur criminis non omnis cœsat favor. Sic facient jura denunciato ob ætatem; Infantes enim (qui scil. nondum expleverunt septennium, *l. 18. pr. C. de jure delib. l. 1. §. 2. ff. de Administr. Tut. l. 14. ff. de spons.*) ipso jure absque alia restitutione impunes sunt, Menoch. *de A. f. Q. l. 2. Cas. 329. n. 1.* In infantes namque animum nocendi non cadere, probatur ex *l. 12. ff. ad L. Cornel. de Sicar.* unde nec Rei delicti fieri possunt, cum animus & propositum maleficia distinguat, *l. 1. §. 3. ff. si quadrupes Paup. feciss. dic. l. 53 pr. ff. de Furt. l. 14. ff. ad L. Cornel. de Sicar. Jacob. Menoch. de arbitr. judic. Quest. cas. 29. & conf. 197. n. n. Carpzov. Pr. crim. Quest. 1. num. 18.* Et cum hoc coincidunt, quæ habentur *in constit. crim. Art. 179.*

32 Der Jugend oder enderer Gebrechlichkeit halber wissentlich seine Sinne nicht hätte. Et licet hanc assertionem multi Doctores generaliter non admittant, sed infantes extraordinarie puniendos esse, contendant, si dolii sint capaces, hic que in illis reprehendatur, Gail. *Lib. 2. ohf. 110. n. 32. & seqq.* Damhoud. *in Prax. crim. cap. 84. n. 3.* ubi dicit: *Pueros nostra etate nequiores esse, quam priscis temporibus, hodieque infantes, melius scire ludere ad taxillos & alias decipere,*

33 quam maiores tringita annorum. Et interalia ad dolum infantum comprobandum resert exemplum cujusdam pueri 5. annor. Deum blasphemantis & propterea a Diabolo e

34 manibus patris erepti. Verum opinionem priorem communem, nec ab illa recedendum esse monet Carpzov. *Prax. crim. Quest. 143. n. 10.* Bachov. *ad Treutl. Vol. 2. D. 32. th. 6. lit. b.* Sebast. Vant. *de nullit. Process. cap. de nullit. Sent.*

¶ inhab. s. defecit. mand. n. 9. & seqq. Farin. *Qn.* 92. n. 50.
ubi insimul respondet exemplo a Damhouud. allegato. Conf.
Molin. *Tr.* 2. *disp.* 679. n. 7. & 8. Dn. Stryk. *in disp. de Del.*
impub. c. 2. num. 29. *seqq.* Interim tamen infantem taliter³⁵
delinquentem virgis paternis corrigi posse, docet cum an-
nexo præjudicio Carpzov. *dict.* l. n. 18. Num vero poena³⁶
sit mitiganda ob minorenitatem? Vid. Müller. *in Dissert.*
de juvenili calore Sect. 4. *th.* 10. Quod attinet Senectutem
judex ex circumstantiis, & qualitatibus concurrentibus potest
tolerabiliorem custodiā seni decernere, Carpz. *P.* 1. *quest.*
3. n. 45. imo certis in casib⁹ de quibus alleg. Carpz. *P.* 3. q.
144. per tot. mātius sunt puniendi, ibique vid. præjudicium.
Senes quippe decrepiti & deliri habent sensum puerilem,
Accurs. *ad l.* 16. *C.* de Don. & bonam partem mentis amife-
runt, Stephan. *ad Conf.* Carol. n. 4. Adversa valetudo qua-⁷³
tenus delinquentem excusat a poena, conf. idem Carpz. *alleg.*
loc. n. 40.

Ejusdem conditionis sunt Furiosi, & cum infantibus³⁹
semper comparantur, cum & hi quid agant, ignorant, *Can.*
aliquos 5. q. 1. *caus.* 15. eosque calamitas & fati infelicitas ex-
eclat, l. 12. ff. *ad L.* Cornel. *de Sirac.* cum ipso furore jam fa-
tis sunt puniti, l. 14. ff. *de offic.* *pref.* ibique Gloss. impune
ergo admittendum quod per furem alicujus accidit, non
secus ac si casu accidisset; *l. fin.* *in fin.* *ff.* *de Administr.* &
pericul. tut. ampliationem hujus assertionis vid. apud Jafon.
in l. *furiōsum C.* qui testam. fac. poss. Fab. *in Codic.* *Tit.* *ad L.*
Cornel. *de Sicar.* *def.* 1. n. 1. Vasqu. *Lib.* 1. *Contr. jur.* 96. n. 9.
Molin. *Tract.* 3. *disp.* 38. n. 4. Carpz. *alleg.* *loc.* *qv.* 145. ibi-
que præjudicio confirmat.

Ob Melancholicam; qua si qui laborant, favore quo-⁴⁰
dam digni censemur, ubi tamen Melancholiæ gradus probe
sunt discernendi; si enim sunt, in quibus Melancholia pro-
pter animi mœrem intellectus & rationis quandoque per-
turbationem quandam producit, iis parcendum est, cum de-
liberato animo, que agunt, non censeantur, Menoch. *Conf.*
83. n. 23. ut etiam ejusmodi melancholici ad avtochiriam pro-

lapsi commiseratione digni sint, Perez. in *God. de his qui sibi mort.* n. 5. & generali Consuetudine juris Saxon. honesta sepultura non privandi. Carpz. in *jurispr. confit.* L. 2. def. 376.

41 Pari ratione inter illos, qui impunitate gaudent surdi ac muti connumerantur. Verum hoc secundum communem Doct. opinionem non aliter, quam si simul rationis ac intellectus exilium patientur, hoc enim apparente, ab extra ordinaria etiam pena absolvendi, Farin. q. 98. n. 159. Carpz. q. 147. n. 9. Dn. Stryk. *Tract. dejur. sens. Diff.* 4. c. 5. n. 14.

42 Et dormientes, dum nocte de lectis furgunt, delinquerre posse satis constat; Et Bartol. ad L. ut vim. 3. ff. de j. & i. exemplum refert de quodam Pisano, qui alto sopore supplex, se proprio auxilio armaverat, ac multos oppresserat. An vero ejusmodi delinquentes puniri possint, disquiri solet? non vero ab iis poenam esse sumendam docet Farin. Qu. 98. n. 63. aliquie Doct. magno numero ab ipso relati. vid. Menoch. de A. j. Q. lib. 2. cas. 327. n. 5. Molin. *Tract. 3. Disp.* 38. n. 10.

43 Ut autem vera impunitate gaudeat, qui dormiens deliquerit, requiritur, ut nullius culpæ Reus sit, si itaque scivit, se in somno aliis solere esse perniciosem, curare debet, ut inermis clauso cubiculo solus dormiat, & si hoc non fecerit, sed ita peccaverit, extraordinaria poenæ subiciendus, sicuti Putator, qui transeuntes non admonuit, Farin. dict. qv. 98. n. 73. Damhoud. *Pr. crim. cap.* 84. n. 13. Gail. lib. 2. obs. 10. n. 30. Molin. Tr. 3. Disp. 38. n. 10. Bachov. ad Treutl. Vol. 2. diff. 32. lib. 16. lit. D. & E.

44 Alii excipiunt profunde ebrium, si ab hoc committatur delictum, nisi sit ebriosus, aut sciat se ebrium rixas vitaे & manus continere non posse. Qua de prolixe Carpz. in *Praef. crim.* qv. 146. & quos ibi citat. Confer. Hahn. ad *Wesenb. Tit.* ad L. Cornel. de Sicar. n. 24. Gail. obs. 10. n. 27.

45 Ignorantia facti regulariter a poena excusat, præcipue si sit facti alieni, Bartol. ad L. fin. ff. si quis testim. lib. esse iuss. n. 2.

46 Unde receptatores Latronum ac bannitorum non tenentur, poena aliqua, si eos ignorantem receperint. L. 2. C. de his qui latron. recep. Gail. d. P. P. l. a. cop. 10. n. 6. & lib. 2. obs. 48.

n. 3. Colleg. Jurid. argentorat. Tit. de Recept. th. 4. Similiter qui falsam monetam expenderunt, in totum excusantur; modo ignorantia non sit affectata, sed legitima, quæ in dubio juramento probanda. Harpr. ad §. 7. J. de publ. jud. n. 68. Carpz. qv. 42. n. 108. seqq. Mafcard. de Prob. vol. 2. Concl. 881. n. 1. & seqq. Sic poena incestus quoque non tentur Confanguinei, si ignoranter incestas nuptias contraxerint, Nie. Boer. Decis. 264. n. 13. Jacob. Menoch. lib. 2. arbitr. jud. quæst. Cent. 6. Cas. 502. n. 83. Prosp. Farin. Part. 5. oper. crim. qv. 147. n. 161. & seqq. Paul. Chiel. de pæn. omnif. coit. qv. 3. n. 6. vers. Si vero contraxerunt ignorantis &c. Et in totum absolvendus, qui iusta ignorantia deceptus mulierem, cuius Maritus adhuc vivit, duxit Gail. Lib. 2. obser. 48. n. 6. Ulterius, qui sibi in matrimonium viuam, anno luctus nondum præterlapsus, assumit, infamia notatur, verum non aliter, quam si sciens hoc fecerit, ignorantia enim facti, & hic elevat & excusat. L. II. §. fin. de his qui not. infam. Favetur Reo, qui crimen commissum judici sponte confitetur, defert ac indicat, ita ut poena mitigetur, semper enim mitius agendum statuant cum sponte confessio, quam cum convicto, per can. II. caus. 12. quæst. 1. Petr. Theod. Colleg. crim. cap. 10. th. 4. tum, quod is, qui confessus est sua scelerata mittericordiam consequatur. L. I. C. ne tut. vel curat. vecligal. Avth. novo jure C. de pæn. jud. qui mal. judic. cap. ult. & ibi gloss. de Fart. cap. inter corporalia vers. sane quoniam X. de translat. Episcop. de quo vid. plura ap. Tiraquell. Tract. de pæn. caus. 30. Tum propter textum juris Sax. in l. 2. Landrecht. Art. 14. vers. Kommt er denn ohne den Tod vor Gericht / und bekennet er es / ehe man über ihn klaget / und beut sich dar um Wrech / man soll ihm seinen Hals nicht vertheilen. Et paulo post: um den todten Mann aber mag ihm niemand von den Hals sprechen / alldieweil er sich darum zu recht bot ehe man auss ihn klagte. Quæ verba sane manifeste probant in foro quoque saxonico mitius cum eo agendum esse qui propria sponte crimen confitetur, prout textum illum ita inducit Petr. Heig. Part. 2. qv. 32. n. 33. Andr. Tiraquell. de pæn.

Cap. IV.

32 *temper. Caus. 30. n. 1. & sqq. Foller. in Pract. crim. verb. & si confitebuntur Part. 1. num. 82. Reusn. Libr. 2. Decis. 16. Petr. Theod. in Colleg. crim. Disp. 10. th. 4. in Q.*

33 Per Præscriptionem etiam delinquentibus impunitas contingit. Cum enim Reorum defensiones admodum sint favorabiles, & satius sit impunitum relinquere facinus nocentis, quam innocentem damnare, *l. 5. ff. de pæn. ideoque Leges Præscriptionem introduxere, vi cuius crimina, vel potius accusationes & inquisitiones de criminibus tolluntur. Ex summa enim factorum incertitudine, ex diuturnitate temporis proveniente, facilime evenire potest, ut innocentes, in quos aliquius delicti commissi suspicio cadit, indebita afficiantur poena, aut defensionis Beneficio priventur, utpote quod post longum temporis lapsum & probationum interitum maxime difficile redditur, vid. Lauterb. in Disp. de Præscript. crim. ib. 10. Nicol. Boer. Decis. 26. num. 5. & seqq. Viv. in com. opin. Lib. 1. vers. accusatio falsi Hippol. de Marsil. Conf. 117. num. 40. Prosp. Farin. in Prax. crim. Lib. 1. Tit. 1. quest. 1. num. 68. & qv. 10. n. 1. Bursat. Vol. 2. Conf. 225. num. 145.*

34 *Quam adeo veram existimat Ancha. & Rocch. de Curt. ut judex denunciatum legitimam præscriptione tutum condemnans decapitari debeat, si ipse cum decapitari fecerit. in cap. fin. X. de Consuetud. quos refert & sequitur Paris. Vol. 4. Conf. 196. num. 6. & post eum Prosp. Farin. dict. quest. 10. num. 2.*

35 *Perpetius diutius carceris squalores, præfertim si præter culpam suam ob moram judicis fuerit detentus, mitiori poena debet affici, cum poenæ non levem partem sustinuerit ad huc, ut ulterius non debeat puniri, prout de hoc est textus optimus in L. omnes 23. C. de pæn. nec in concinne ex hac E. probatur, Carceris diuturnitatem minuere poenam, Viv. Decis 201. Si enim diuturnitas poenam exilii minuit, nulla est causa cur non alias etiam poenam minuat, Tiraquell. de pæn. temp. caus. 41. Paul Merenta inter Confilia Criminalia Ziletti Vol. 2. Conf. 91. num. 66. Hartm. Pistor. obs. 177. num. 27. & 28. Certe enim misericordia digni videntur, quibus*

quibus diutius Carcer domus fuit, tam mala mansio & pœna molestissima, ut quæ libertatem nobis auferit, rem omnium charissimam, pretiosissimam & inestimabilem, quamque nemo bonus, nisi cum anima simul amittit. Farin. Lib. 1.
Tit. 4. qv. 27. n. 1. & 2.

Notissimi quoque juris est neminem supplicio tradi posse, nisi antea Delictum, de quo est denunciatus ipse confessus, vel desuper legitimate convictus fuerit L. 16. C. de pœn. Cum autem sepiissime contingat, quod sufficientes testes haberi non possunt, ut in delictis occultis & facti transeuntis, nec ipse Reus, contra quem tamen gravissima militant indicia, factum fateri nolit, ideoque tortura inventa est, mediante qua Reus aut confiteri scelus aut suam innocentiam probare compellitur. Si itaque equuleo impositus, ejus cruciatus perpetuus fuerit, & factum pertinaciter negaverit, tunc unanimis Doctorum sententia est, indicia quibus gravatus erat tortus, purgata esse, eumque etiamsi forte sit nocens, absolvri, liberari ac dimitti debere, Bartol. in L. ult. ff de Quest. n. 1. Zang Tr. de Quest. & Tortur. Cap. 5. n. 2. Boer. Decis. 163. n. 9. Illud adhuc hoc loco queri possit, si denunciatus legitimate duobus testibus omni Exceptione majoribus convictus fuerit, judex vero eum nihilominus tormentis subjiceat, nescius, alterutrum, sive convictus, sive confessus fuerit, ad condemnationem sufficere, reus autem tormenta toleret, & in negatione perseveret, an aliqua poena affici debeat, an vero absolviri? Abeunt hic Doctor in tres diversas opiniones. Alii qui enim poena ordinaria Reum plecti debere volunt, inter quos est Anton. Gomez. var. Resol. Tom. 3. Cap. 13. num. 70. Covaruv. Præf. Qu. cap. 23. n. 5. Alii e contra statuunt, reum in totum absolvendum esse, Cravetta conf. 287. num. 3. Hippol. de Marsil. in Præf. crim. §. nunc videndum n. 26. Boer. Decis. 163. num. 14. Alii denique reum in totum diuiniti non debere, neque tamen ordinaria sed extraordinaria tantum poena puniendum esse, dicunt Farin. qu. 40. num. 11. Zœf. ad ff. Tit. de qu. num. 6. Wefenb. Th. II. eod. Carpz. qv. 125.

n. 24. seqq. ubi etiam secundum posteriorem sententiam reponsum esse, annexo præjudicio testatur.

62 Ob artificum excellens meretur denunciatus in jure favorem per L. 31. ff. de penis. Gail. Lib. 2. obs. 100. num. 41. Farin. Qv. 98. n. 134. Tiraquell. de pan. temp. caus. 49. & seqq. Carpz. Quest. 149. n. 65. Hippol. de Marsil. in pr. crim. §. opportune num. 6. & in L. qui falsam monetam n. 66. in fin. ff. ad L. Cornel. de falf. Brederod. in Enchirid. Caut. P. 2. tom. 3. tit. 15. Caut. pen. num. 5. Benius de Privil. JCtor. Privil. 51.

63 Hactenus de generalibus impunitatis causis egi, utpote quæ plerisque delictis applicari, ac impunitatem præbere possunt, præter quas plures adhuc alias existere, quæ ad mitigationem poenæ sufficere queant, dubitandum prorsus non est; nunc ad specialia me confero; in specie autem Inquisitis plurimum commodi & adjumenti afferunt omnes ille caufe, ex quibus poenam cuiusque delicti remittendam, ac quandoque mitiorem aliquam extraordinariam irrogandam

64 esse, E. g. in furto, si contrectans putat, dominum non foro invitum. §. 7. f. de obl. que ex del. nasc. L. 46. §. 7. ff. de Furt. L. 76. ff. eod. Menoch. Lib. 2. A. Q. Caf. 298. Farin. Qv. 174. n. 142. Perez. ad Cod. n. 7. de furt. Molin. Tr. 2. Disp.

65 681. num. 3. Idem est, si putet contrectans dominum esse invitum, cum tamen non sit, Furtum enim non sit nisi in vita Domino. L. 48. §. 2. ff. de furt. Struv. Exerc. 48. Th. 15.

66 Br. ad alleg. L. 48. Porro summa necessitas famis furem a poena ordinaria excusat: Carpzov. Quest. 83. n. 50. consti-

67 Crim. Art. 166. ibique Blumbi. in homicidio moderamen inculpatæ tutelæ, L. 45. §. pen. ff. ad L. Aquil. L. 2. 3. 4. C. ad L. Cornel. de Sicar. Georg. Obrecht. in Trafft. de defens. cap. 12. per tot. & cap. ult. n. 25. & seqq. Matth. Coler. P. 1. Decif. 156. n. 2. Jul. Clar. Lib. 5. sent. 5. homicid. num. 24. Andr. Gail. Lib. 2. obs. 110. num. 9. & seqq. Jodoc. Damhoud. in Pr. Crim. cap. 76. num. 2 seqq. Carpz. P. 1. Quest. 28. 29. 30. 31. 32. Menoch. de A. f. Q. L. 2. Caf. 277. Molin. Disp. II. n. 5. Ant. Diana Tom. 8. Tr. 5. Ref. 8. Dn. Stryk. ad §. 2. f. ad L. Aquil.

de Subjecto passivo.

55

Aquil. Boer. *Decis.* 168. n. 4. Cædes in Rixa sive tumultu 68
perpetrata, ubi occisor certo scire nequit, ideoque nec cui-
quam ordinaria gladii poena imponenda est. *Conf. Elect.* 7.
P. 4. Matth. Wesenb. in *Paratitl. ff. ad L. Cornel. de Sicar.*
num. 29. Ægid. Bossius in *Tit. de homicid.* num. 26. & 27.
Jul. Clar. *dicit.* §. *homicid.* num. 26. & 27. Carpz. P. 1. *Qu. 25.*
Carentia doli, qui si non adeft, homicidii poena locum sibi 69
non vindicat. *L. 1. C. ad L. Cornel. de Sicar.* *L. 53. ff. de Fur-*
tis L. 33. ff. de injur. *L. 23. §. 2. ff. de edil.* *Edict.* Hippol. de
Marfil. *ad L. Cornel. de Sicar.* unde culposum homicidium non 70
nisi poena arbitraria punitur. *L. 4. §. 1. ff. ad L. Cornel. de Si-*
car. *L. 4. C. ad L. Jul. de adult.* *L. 31. L. 41. §. 1. ff. ad L. A-*
quil. *Ord. Crim. Carol. V. Art. 146.* Clar. *dicit.* §. *homicid.* *num.*
3. Jacob. Menoch. de *A. J. Q. L. 2. Cas.* 324. n. 1. & 12. Ca- 71
suale vero plane nulla poena punitur. *L. 1. §. 3. in fin. ff. ad L.*
Corn. de Sicar. *L. 1. & 5. C. cod. L. 9. in fin. L. 11. in pr. L. 31. L. 51.*
in fin. ff. ad L. Aquil. ordin. Crim. Carol. V. Art. 146. Damhoud.
in Pr. crim. cap. 85. in fin. Gail. *Lib. 2. obs. uo. n. 38. & seqq.*
Carpz. P. 1. *Qu. 27.* Aut si percussio seu vulnus inflictum non 72
fuerit lethale, nec occisus ex vulnera, sed culpa Medicorum,
malo regimine, vel alia ex causa & symptomate supervenien-
te decellere, Anton. Gomez. *tom. 3. variar. Resol. cap. 3. n.*
28. & 29. Prosp. Farin. P. 5. *oper. crim. Quest. 127. n. 1.* Dam-
houd. *in Prax. crim. cap. 75. n. 1.* Bannitus etiam tanquam 73
hostis Patriæ vi constitutionis Imperii impune (quoniam
periculose Dn. Brunn. *Qu. 28. ad L. Cornel. de Sicar.*) a quo-
libet occiditur. Gail. *de P. P. L. 2. cap. 1. n. 20.* Tab. *in Ar-*
mament. just. p. 449. Col. 1. Impune ac licite etiam in tui- 74
tu quietis publica opprimuntur nocturni populatores & via-
rum obsecatores. *L. 1. C. quando lic. unic. sine ibique Gloss. vid.*
Besold. *Theb. Pract. verb. Wegelagerung.* Grot. *de J. B. &*
P. Lib. 2. cap. 20. §. 17. Conf. Br. & Perez. *ad dict. Tit. quan-*
do lic. unic. fin. jud. Tab. *in Armam. just. p. 491. seqq.* An 75
pro conservanda pudicitia licet interficere violentum stu-
pratorem? vid. *L. 1. §. pen. ff. ad L. Cornel. de Sicar.* Pufend.
de J. N. G. & C. Lib. 2. cap. 5. n. 11. Molin. *Tr. de j. & j. Tr.*
3. D.

3. D. 17. n. 10. Grot. de j. B. ac P. L. 2. cap. 1. §. 7. ibique Ziegler. Balduin. de Castib. Consc. L. 4. cap. 1. Cas. 15. Tab. in Argent. mam. iust. p. 470. §. 9. & p. 521. §. 18. Referre hoc loco etiam placet, quod Pater possit impune occidere adulterum filie suæ, L. 20. pr. ff. ad L. jul. de adult. Farin. P. 1. Qu. 121. per tot. Menoch. de arbitr. j. Qu. Lib. 2. Cas. 356. Decian. Lib. 9. C. 15. Ant. Matth. Tit. 3. cap. 3. num. 14. seqq. Sicut autem Patri permisum est, occidere adulterum cum Filia adultera, quam in potestate habet, ita quoque marito consensum est, transfodere adulterum, non vero quemlibet, sed turpem ac vilem, cumque tamen in domo tua, non saceri deprehensem. L. 20. pr. & L. 24. pr. ff. ad L. jul. de adult. Damhoud. Pr. Crim. cap. 80. Perez. ad Cod. Tit. ad L. jul. de adult. n. 10. seqq. Haipr. ad §. 5. J. de publ. jud. n. 199. seqq. Carpz. Dec. 95. num. 6. Pariter in Criminis Parricidii & infanticidii a poena ordinaria excusat, qui Parricidium vel infanticidium commisit absque animo & proposito occidendi, L. 1. ff. ad L. Pompej. de Parricid. Ordin. Crim. Carol. V. Art. 13. Constat. Elect. 3. P. 4. Decian. in tract. crim. Lib. 9. cap. 15. num. 1. Farin. P. 5. oper. crim. Qu. 120. num. 182. Carpz. P. 1. Qu. 15. seqq.

79 Vel si de corpore delicti per aspectum cadaveris non constet, vel si Patricidium non consummatum, aut ex iracundia calore perpetratum fuerit, de quibus alisque casibus, poenam Parricidii ordinariam mitigantibus vid. Carpz. P. 1. Qu. 16. seqq.

80 81 Transeo nunc ad falsi crimen. Queritur autem si aliquis dederit pecuniam testi, ut pro se testimonium dicat, testis vero in odium corruptientis & in Adversarii commodum testificetur, valebitne hoc testimonium, aut an erit testis puniendus? Et testimonium hoc valere, ipsumque testimoniis plectendum esse, tradit Farin. Qu. 45. num. 6. 32. 67. 242. seqq. cui assentit Mynsing. Cent. 6. obs. 67. n. 2. & Conf. Bach. ad Treut. Vol. 2. D. 32. Th. 8. Lit. B. C. D. verb. 82 testim. Nec omnis mutatio nominis poena falsi punitur, sed quedam etiam impunis est. vid. Damhoud. Pr. Crim. C. 123. n. u. add. Perez. ad C. Tit. ad L. Cornel. de fals. Menoch. de arbitr.

de Objecto Denunciat. &c.

57

#arbitr. jud. Q. L. 2. c. 318. n. 4. Supplicium criminis falsæ monetæ evitatur (1) si quis nummos quidem formare aggressus § 3 fuerit, sed opus nondum perfecerit *L. 19. pr. ff. ad L. Cornel.*
de fals. quod tamen intelligendum si pœnitentia ductus sponte destiterit. Mol. *Tract. 2. Diff. 702.* Menoch. *de A. j. Q. L.*
2. *Cas. 316. n. 23. seqq.* (2) Cessat poena hujus delicti quoad 84 illos, qui falsam monetam expendunt, si ignoranter hoc faciant, de quo supra, sicuti nec puniendus, qui falsos nummos ludendi causa possidet, vel eos in arca retinet, Menoch.
de A. f. Q. Cas. 316. n. 62. & seqq. Zœl. *ad ff. Tit. ad L. Cornel. de fals. num. 15.*

Dantur etiam multi ac varii casus quibus poena adulteri tollitur ac ordinaria mitigatur ac in extraordinariam commutatur, de quibus vid. late Carpz. *qu. 55. & seqq.* Brunneum. *in Proc. Inquis. num. 32. seqq.* Confer. Dn. Stryck. *de jure Sens. Diff. 10. cap. 6. num. 52. seqq.*

Similiter in crimine incendiū a poena ignis ordinaria ex- 86 emptus est, qui nullo prorsus dolo, sed culpa deliquit, Bartol. *in L. 1. ff. de offic. præfet. vigil. n. 5.* Prosp. Farin. *P. 3. oper. crim. qu. 110. n. 17.* de quo & aliis casibus vid. Carpzov. *P. 1. quest. 39.* Idem proflus accidit in reliquis delictis & cri- 87 minibus, in quibus supplicium cujusque delicti jure constitutum, iustis ex causis cessat, & quandoque mitior poena irrogari solet. Hæc aliaque si Denunciatus, ad sui defensio- nem & innocentiam prætendat, ac propterea a poena libe- rari velit, debito & legitimo modo procedere & causam in- nocentiae prætensam probare debet.

CAP. V.

DE
**OBJECTO DENUNCIATIONIS
JUDICIALIS ET FORO DENUN-
CIATI LEGITIMO,**

SUMMARIA.

1. *Objectum.*
2. *Delinquens considerari potest 1. in 3. In ordine ad Denun-
ciati.*

H

4. *Sq.*

4. *Socius in societate consideratur du-*
pliciter.
 5. 1) *Erga seipsum,*
 6. 2) *vel erga alium.*
 7. 1) *Quoad famam socii peccat de-*
linquens.
 8. 2) *Quoad bona nostra extensa,*
 9. 3) *Quoad boni corporis.*
 10. 4) *Quoad bona animi.*
 11. *Delicta sunt vel publica vel privata,*
 12. *Publica an denuncianda tantum,*
 13. *Inquisitio, ita etiam denunciatio in*
foro saxonico non nisi in delictis
scandalosis fieri potest.
 14. *Ord. Pol. de An. 1612. allegatur.*
 15. *Quenam delicta dicuntur majora*
scandalosa taliaque per quae reip.
tranquillitas offendatur remissive.
 16. *An de omnibus criminibus inqui-*
rendum.
 17. *Denunciatio injuriarum quando*
admittitur? n. 18. 19. 21.
 20. *Rationes ex sacra Scriptura.*
 21. *An denunciatur illud Crimen, quod*
de jure est impenitum denunciare
potest?
 22. *Exempla, 24.*
 23. *Decisio Questionis*
 24. *Rationes.*
 25. *Quasunque officiones iudicii de-*
nunciari possunt.
 26. *Exempla,*
 27. *Non apud quemlibet quisque de-*
nunciari potest.
 28. *Ex jure civili de hodierna Magi-*
stratum potestate & jurisdictione
baud judicandum est.
 29. *Varie hodie exercetur iurisdictio*
pro cuiuscunq*ue Loci Consuetudine.*
32. *Duæ tantummodo in foro saxonico*
habentur species iurisdictionis.
 33. *Suprema*
 34. *Et bassa*
 35. *Distinctio barum specierum*
 36. *Denunciatio regulariter fieri de-*
bet ad eum judicem qui iurisdic-
tionem habet altam seu supremam.
 37. *Rat.*
 38. *Limit.*
 39. *Forum Delinquentis est triplex.*
 40. *Forum domicili*
 41. *Dissentientes*
 42. *Sententia vera*
 43. *Rationes 44. 45. 46.*
 44. *Lex. obſt. refolviſtur.*
 45. *Resolutio rat. obſtant.*
 46. *Secundum Forum, uim. delicti con-*
misi
 47. *Textus juris saxonici.*
 48. *Quæſtio*
 49. *Decisio Quæſtioſis*
 50. *Prejudicium.*
 51. *Limitatio Quæſtioſis*
 52. *Quis locus delicti committi?*
 53. *Opinio Farin.*
 54. *Opinio Bartol.*
 55. *Tertia Opinio*
 56. *Rationes pro hac opinione*
 57. *Mares saxonici de hac quæſtio-*
 58. *Alius Casus*
 59. *Limitatio*
 60. *Tertium Forum scilicet depreben-*
sionis.
 61. *Ratio*
 62. *Vagabundus & fugitivus de fori in-*
competitio excipere non potest.
 63. *Textus ex Ord. Provinc.*

EX Rubrica hujus dissertationis patescit, adhuc objec*ti*
Examinationem esse reliquum. Ad objectum vero re-
ferimus ipsa Delicta vel crimina. Cum autem delicta
nihil

nihil aliud sint, quam vitiosi hominum actus, ideo rectius illorum species considerari nequeunt, quam pro diversitate eorum, qui committunt delicta, & qui e delictis damnum vel quasi damnum persentiscent. Delinquens considerari potest 1) in ordine ad Deum, quatenus id Legem Dei violat specialiter, vel ratione ipsius maiestatis divinae, vel ratione rerum, quae ad Deum spectant, uti sunt Hæresis, Magia, Blasphemia; Sacrilegium, perjurium, Violatio templorum: Turbatio sacrorum in societate civili: 2) in ordine ad Rem publicam, quatenus delinquens est sotius societatis civilis, & publica istius munera gerit, vel genere vult. Et ita sunt Crimen ambitus, cum quis oblatio pretio manus publicum sibi petit conferri. Vel quando quis officium quidem publicum præcipue circa administrationem pecuniae publicae gerit, sed mala fide, uti est crimen Peculatorius, quando Pecunia publica surripitur, ut & crimen de residuis, quod est pecuniae publicae ab eo, cuius fidei & periculo illa ad usum publicum erat concessa, dolosa retentio, vel ad suum privatum usum conversio sive ex parte sive in solidum. Vel quatenus non gerit publicum manus sed tantum est vulgaris socius. Quo pacto lædit vel ipsum Reipubl. caput: vel istius membra: vel delinquit circa civitatis negotia. Quando læditur Reipl. Caput tum læsa Majest. crimen committitur, cuius vindictam non ipsi solummodo delinquentes, verum etiam ipsorum liberi & posteri persentiscent. Quando læduntur membra Reipubl. tum turbatur pax publica, si violentis armis procedatur, erga cives Reipubl. vi aperta, & dici solet hoc delictum Crimen fractæ pacis publicæ: vel vi privata, ut cum alter ab altero in domo sua non amplius est tutus, ubi est crimen turbatæ pacis domesticæ. Quando autem negotia Reipubl. violentur, quod multis modis fieri potest, tum quedam delicta designari certo possunt nomine, quedam non possunt, priori modo est falsificatio monetæ: crimen dardanarius, Monopolium: Posteriori modo adeat crimen Stellionatus. Præterea Socius in societate consideratur dupliciter vel 1) erga se ipsum, vel 2) erga alium in eadem societa-

§ te secum vivente. Priori modo multis modis peccat, vel respectu modi vivendi, ut cum quis intemperanter vivit, quotidie ad ebrietatem usque bibit, vel etiam scortatur aut sua bona profundit instar furiosi, cuiusmodi homini constitutus est Curator, donec ille meliores mores recipiat, L. i.
C. de Curat. furiosi. vel respectu vitæ tollendæ, uti, cum quis se ipsum occidit: vel etiam respectu sue carnis quoad uxorem & liberos, & cum quis eo dementiæ redactus, ut pro pecunia patiatur sciens & volens suam conjugem & filias prostitui. Posteriori modo & respectu sui socii alias multis modis peccat. Et quidem quoad famam & existimationem, quæ pertinet ad bona fortunæ. Et ita fama læditur verbalibus iajuriis, diffamatione & Pasquillo, seu libello famoso, & quatenus per delicta carnis læditur coniunctorum honor.
8 2. Quoad bona nostra externa, uti sunt præter honorem dignitatem, quatenus nobis illa eripiuntur, sicuti fit per furtum sive diminuuntur, uti fit per dampnum datum, incendium, aut ruinam, ut si a vicini ædibus ruina immineat meis ædibus. 3.
9 Quoad pona corporis: potest autem multis modis lædi corpus hominis, & quidem vel vulneratione, quæ varie contingere potest, in quantum vulneratus, vel ex parte saltem lædi, vel etiam per totum violari potest, ut per integrum vitæ tempus nequeat amplius membris sui corporis uti. Vel occisione, ut si quis plane hominem extinguat, sive sponte & voluntate, sive casu sive culpa, sive ex necessaria defensione: Occiso autem isthac fieri potest, vel aperte, quæ fit gladio vel alio telo, vel clam, quæ absolvitur beneficio, vel etiam per aliud pecunia conductum, ut is alterum occidat, & dici sollet Aflassinium, quæ dicas Homicidium pecunia interveniente peractum ein erkaufter Todtschlag. Præterea bonis corporis annumeratur pudicitia, contra quam delinquitur, si quis alterius uxorem, vel liberos prostituere conetur, unde est adulterium, fornicatio, stuprum voluntarium, & violentum, quo pertinet, si aliquis liberum hominem sponte abducet, uti est crimen Plagi: dico sponte nam si fiat invite Raptus crimen oritur. Neque enim potest hoc ad aliud principium

cipium revocari, quoniam liberi hominis propri^e datur
furtum. 4. Quoad bona animi, quod fit si quis alterius fer-¹⁰
vum vel filium familias quoad mores corruptat, ut deterior
evadat, uti videre est ex tit. de Serv. corrupto. Et ex his pa-¹¹
tet, quod quedam sint vel publica vel privata, hæcque vel
vera, vel improoria sive quasi delicta; pr. J. de oblig. que ex¹²
del. nasc. L. i. ff. de O. & A. quæ uti indigna inquisitione,
ita etiam denuntiatione, a multis habentur, nec nisi publica,
majora, scandalosa, quibus Reipubl. tranquillitas læditur, ad-
mittant; Quæ ipsa sententia in Saxonie teste Carpz. Quæst.¹³
107. Part. 3. num. 22, obtinet; idque manifestum redditur, ex¹⁴
verbis Ordin. Pol. de Anno 1612. sub Tit. von Justitien-Sa-
chen. numer. 5. vers. und weil beydes die Rechte so wohl leicht er-
wähnte Verordnung/ hierinnen gleichfalls klar/ auch von denen
Rechts-Lehrern, dieses Remedium ex communi consuetudine nun-
mehr pro ordinario si in allen delictis stat habe/ gehalten wird/
und hierüber in unsrer Regierung der Unterscheid gebraucht/ daß
allein in delictis manifestis, majoribus & scandalosis, und für-
nehmlich in causa turbationis, violatæ pacis, excitati tumultu-
s, und ander dergleichen Straff- würdigen und frevelhaf-
ten Fällen, dadurch Reipubl. Tranquillitas offendiceret/ bemeld-
ter Proces angeordnet und darauf rechtliches Erkäntnüs erhoh-
let &c. jund. vers. Als lassen wir es auch bey solcher Verord-
nung und Unterscheid bewenden/ und wollen also, daß demsel-
ben also nachgegangen werden soll. Ecce disertis verbis hic
disponitur, ut inquisitioni locus detur in iis solummodo de-
lictis, quibus Reipubl. Tranquillitas offendatur. Ex quo se¹⁵
quitur in aliis criminibus inquisitionem cessare; Sed quænam
delicta dicantur majora scandalosa, taliaque per quæ Reipubl.
Tranquillitas offendatur. vid. Carpz alleg. loc. num. 30. Utrum¹⁶
regulariter jure civili de omni crimen, an vero de certis
crimini bus inquirere judici liceat? Quæritur, Doctores in-
ter se non conveniunt, quorum illud defenderunt Salycer.
ad L. ea quidem C. de Accus. & præprimis Gomet. tom. 3.
Resolut. cap. 1. num. 49. versic. nono & finaliter dico, ubi hanc
sententiam aliquot argumentis firmat, quos cum aliis laudat

Heig. Part. 1. Quæst. 39. num. 7. & seqq. Inter omnes tamen fere convenit, hodie consuetudine in omnibus delictis posse judicem inquirere & sic omnium delictorum causam propriam esse Denunciani, de qua consuetudine passim Doctores testantur, quorum longam seriem compilatarunt, calculo etiam suo addito Farin. Lib. 1. Quæst. 1. num. 10. Heig. did. loc. & alii, modo crimen sit magnum, & sexadafosum per quod Reipubl. tranquillitas turbetur, arg. l. 6. ff. de Accus. cap. inquisitionis 21. X. de Accus. Bossi. in Pr. rer. cap. 8. n. 7. Carpz. alleg. loc.

17. Communiter etiam Doctores admittunt in injuriis denunciationem, si scilicet Magistratui, verbi divini ministro, & simil. inferantur vid. Br. ad Tit. C. de dignit. num. 23. & 24.

18. Carpz. Quæst. 107. num. 32. (2) Si injuria effet notoria Carpz. did. loc. num. 32. & sic salvare posse, dicit alleg. Carpz. Practica Quæstorum & Praefectorum, qui in ditionibus Elector. Saxon. de criminibus leviusculis a rusticis perpetratis, ex officio ad denunciationem partis offense usf. beschehener Rüge inquirere, eaque punire solent. Nam certum est, ex injuriis publice illatis sacerdos etiam Reipubl. tranquillitatem turbari.

19. (3) Si injuria illata personæ miserabili & pauperi: eo enim causa judicem ex officio procedere & sic denunciationem attendere debere, concludit ex L. 9. §. 5. ff. de offic. Proconsul.

20. Marant. Part. 6. Specul. Tit. & pervenitur aliquando per viam inquisitionis n. 132. idque sacris literis consonum est: Nam tales personæ miserabiles accusationis processum instituere non possunt, nec audent. Ideoque Jobus testatur, se non cobibuisse ab optato tenuium, nec oculos viduarum, confecisse. Et Esai cap. 1. vers. 17. dicit Jehova: Dicite bene facere, querite ius beate oppressum, ius dicte Pupilli, suscipite causam viduae. Et Jerem. cap. 5. vers. 28. conqueritur Dominus, Israëlitas non judicare causam Pupilli, & ius egentium non judicare. Et idem Propheeta cap. 22. v. 3. monet: Eripite eum,

21. qui rapinam patitur. e manu oppressoris, & similia. (4) Et idem in injuriis Studiosis illatis obtinere, & quod judex tenetur ex officio, ad denunciationem factam inquirere, statuit.

tuit. argum. Avth. habita C. ne filius pro Patre Marant aileg.
Loc. num. 159.

An autem Denunciatores nostri ea crimina possunt de-²²
nunciare, quæ sunt de jure impunita? E. g. si occisus sit ban-²³
nitus, der Vogel frey gemacht / veluti terribilis banni formula
in Franconia olim sonabat. Oltenb. ad Inst. Pac. P. 3.
Disc. 16. Dessen Leib / und Fleisch getheiler ist dem Thieren in
dem Waldern / den Vögeln in den Lüstern / und den Fischen
in denen Wässern / die erlaubet ist männlich auff allen
Straffen / und wo ein ieglich Mann Fried und Geleit hat kei-
nen haben soll / der gewiesen ist die Straße der Welt in den
Rahmen des Teufels. Vel alias quem de jure impune oc-²⁴
cidere liceat, vel si homicidium casuale contigerit, quaeri-²⁵
tur? Verum nos affirmantium opinionem; tanquam verio-
rem arripuimus; Nam cum non sit Delatorum super deli-²⁶
ctis cognoscere & pronunciare, quæ punibilia, quæ non, uti
loquitur. Gloff. ad Art. 2. Lib. 1. Sachsenp. & quoque Emer.
Robs. Præc. crim. Lib. 1. cap. II. num. 17. p. 269. Salycet. al-
leg. loc. num. 13. Hinc quacunque offendentes, mortes vio-²⁷
lentas, etiam si casu contigisse dicantur, & alia commissa ju-
dici denunciare possunt; Nam sepe contingit, ut damna,
quæ fortuito etiam casu fieri solent, ex proæresi & proposi-
to siant, E. g. si quis in flumine submergatur, vel e lecto ²⁸
decidat. Nam ut alias mortuus repertus non præsumitur a
se ipso occisus. Decian. Lib. 2. cap. 6. num. 31. Cum tamen
sepius *avroxeigia* in simili concurrat, vel procedente tem-
pore, reperiantur, ac manifestentur, ejusmodi scelerum
perpetratores, utile erit, similia ad judicium pervenire no-
titiam, ut rei veritas detegi possit. Vilagut. Pr. crim. C. 2.
Concl. 3.

Quod autem Forum denunciati legitimū attinet, pri-²⁹
mo sciendum, quod non apud quemlibet quisque denunci-
ari possit, sed consideranda erunt, Persona judicis, & locus,
ubi delictum commissum est; In persona judicis consideran-
dum est, Potestas de causis criminalibus cognoscendi ac pu-
niendi crimina, non coram quolibet enim sed iis tantum,
quibus

quibus Delictorum cognitio a Lege specialiter data est, Denunciatio fieri potest; sed quoniam ex jure civili de hodierna Magistratum Potestate & jurisdictione haud judicandum est, prout inquit Aut. der Donauwerthischen Information pag. 12. his verbis, daß ipsa Reipubl. German. Forma nicht aus dem Lateinischen Rechten/ oder Baldo und Bartolo, sondern vielmehr/ aus des Reichs Löbl. Herkommen; und daher ruhenden alten Verfaßung aus der guldne Bulle Kais. und Königlichen Capitulationen des Reichs-Abschieden und Constitution zunehmen And. Knichen. in Epist. dedicat. Tract. de jure territ. Besold. in Colleg. Polit. Claff. 2. Disp. 3. Th. 16.

31 Et varie hodie exercetur, Jurisdiction pro cuiuscunque loci confvertuinde, de quibus late agit. Paul. Matth. Wehn. in obs. vocab. Zent. & Cap. Leipold. in Disp. de Concurrentia juris-

32 dictionis in Imperio Romano-germanico apud Arum. Tom. 1. juris publ. discurs. 13. ideoque tantum de foro saxonico loqui velimus; ubi res adeo difficilis & intricata non est; quia duæ

33 tantum modo habentur species jurisdictionis: alteranamque suprema vulgo die Ober-Gerichte oder Peinliche Gerichte/

34 Item das Hals-Gerichte / Blut-Bann / altera vero bassa di-

35 citor die Erb- oder Nieder-Gerichte. Ha autem species sic distinguuntur, ut alta sive suprema jurisdiction, tam merum, quam mixtum imperium contineat, Bassa vero jurisdiction, non solum complectatur, quæ vulgo ad simplicem jurisdictionem referuntur, sed non nulla ex iis, quæ mixti sunt imperii, Matth. Color. de Process, executiv. Part. 2. cap. I. n.

36 220. & seqq. Speckhan. Cent. 1. qv. 90. Matth. Steph. Lib. 1. de jurisd. cap. 3. n. 70. Andr. Knich. de Sax. non appell. privil. fol. 124. Wehn. in Praet. obs. vocab. Gericht voc. Zent.

37 36 Et si conc'ludendum, quod denunciatio regulariter fieri debet ad eum judicem, qui jurisdictionem habet altam sive supremam die Ober-Gericht. Verites hujus conclusionis patet exinde, quia in foro Saxonico tantum in delictis majoribus & scandalosis, quibus Reipubl. tranquillitas ladiatur,

38 inquisitio sibi locum vindicet. iuxta Ord. supra alleg. Quod

temen fallit in casu noviori criminis levioris, & aliis casibus
supra

supra exceptis, uti & denunciatio ad judicem inferiorem dirigi potest. Forum autem ubi quis de Delicto denunciari potest, est de consuetudine hodierna, & in terris saxonicas recepta triplex nempe (1) Domicilii, cum Forum domicilii 39
Est generale, cumque alio Foro concurrere potest. Et quamvis Bald. Dyn. Alber. Hypoll. de Marsil. & cæteri allegati a Koppen. *Decis. Quest. 43. num. 2.* uno ore statuant, quod judex domicilii, de delicto extra territorium a Subditu commisso inquirere vel cognoscere, atque denunciatum pœnis afficere non possit, moti & ratione, quod non videatur offensa Respubl. in cuius territorio non est commissum, & textu l. 3. ff. de mil. ubi dicitur: *Desertorem auditum ad suum Ducem Preses cum elogio mitte.* Attamen contraria sententia verior est, & a pluribus maximis nominis Doctoribus probatur, quos allegat Clar. Pr. crim. §. fin. *Quest. 39. vers. soritur.* Atque hec sententia fundatur in ratione, quod 43
Domicilium faciat Subditum, Magistratus autem in Subditum semper & ubique jurisdictionem & animadversionem retinet. (3) Fundatur etiam hec sententia in text. L. 1. C. ubi de 44
crim. in quo textu verba: *ubi reperiuntur*, generaliter, sive ibi domicilium habeat delinquens, ubi inventur, sive ibi saltem inveniatur, accipienda sunt, id quod evincit Ratio in L. assignata, ut scilicet Provincia malis hominibus purgetur, Berl. Part. 5. *Conclus. 45. num. 46.* (3) Si judici domicilii denegaretur cogitio, sive inquisitio, sequeretur forum delicti & deprehensionis Rei tantum esse competens inquisitorium, quod tamen falsum: (4) quia publice interest 46
Delicta non manere impunita, alioquin enim quilibet scelus sibi in Loco Domicilii refugium quereret, si sciret, contra illum ibi non posse inquiri. Neque obstat (1) L. 3. ff. de 47
re mil. loquitur enim hec de milite, qui privilegio fori gaudet in delictis ad rem militarem pertinentibus. Nec obstat (3) quod Reipubl. ubi Reus domicilium habet nihil intersit, 48
cum haec læsa non sit. Nam quamvis delicti ratione specialiter non intersit, attamen ratione pœnae generaliter intereat, cum L. L. tam civilibus, quam canonicis cautum sit, publice interesse ne delicta maneant impunita. *Cap. us fame 35.*

C.
& ibi Gloss. X. de Sent. excomm. cap. felicis fin. X. de pœn.
in 6. L. ita vulneratus si, §. 2. ff. ad L. Aquil. Koppen. loc.
cit. num. 6. Atque hanc sententiam communiorem & ve-

riorem dicit Br. dict. loc.

49 Secundum Forum est delicti commissi, regulariter enim Reus ibi denunciari & puniri debet, ubi crimen contractum ostenditur. L. ult. ff. de Accus. & Inscript. L. II. de Custod. Reor. L. 7. §. 4. & 5. ff. de Accus. & Inscript. L. I. & Avth. Quæ in Provincia C. ubi de crim. agi. oport. L. 28. §. 15. de pœn. Gilhausen, arbitr. crimin. cap. 1. num. no. Vult. Lib. 2. Jurisprud. Rom. cap. 1. Gail. de Pignor. observat. 3. num. 11. &

50 obseruat. 14. & 15. De quo etiam est textus in jure Saxonico Libr. 3. Landv. Artic. 24. in verb. binnen marcken oder binnen auswärtigen Gebiethe darf niemand antworten / Et habe denn da Wohnung oder Guth innen oder verwoürcket sich mit ungerecht darinne / ubi Gloss. Germ. in verb. was außer

51 halb dem Gericht num. 5. vers. das ander ist. Sed queritur: An etiam ob privata delicta Reus in loco delicti, etiamsi ibi non reperiatur, conveniri possit? Negat hoc Carpzovius Lib. 2. Resp. 26. quia illud quod dicitur, reum in foro delicti commissi Forum sortiri, sive prætens sive absens sit, procedit tantum in criminibus publicis & talibus; in quibus obviat Processus inquisitionis, non vero hoc extendendum est ad delicta privata, quando enim de delictis privatis civiliter intentatur actio, crimen contractus appellatione continetur, L. omnem 20. ibique Gothofred. ff. de jud. Carpzov. dict. Loc. Zanger. de Except. Part. 2. cap. 1. num. 200. seqq. Ideoque Reus conventus ex. gr. actione injuriarum, in loco delicti, si nec domicilium ibi habeat, nec reperiatur, exceptione in

53 competentia se se tueri potest. Präjudicium Scabinorum Lipsiorum ad consultationem David von Doberinges de Anno 1626. hisce verbis tradit Herold. in Isagog. ad Proc. Jur. Civil. & Saxon. Lang. cap. 33. num. 82.

Hat nun Advocat sich ziemlicher scharffen injurieischen und verkleinerlichen Reden wieder euch vernehmen lassen / des wegen ihr ihm actione injuriarum zu belangen vorhabens seyd;

Ob

de Objecto Denunciationis &c.

69

Ob nun wohl ermehrte Neden allhier zu Leipzig ausgegossen worden / daher ihr in den Gedanken stehet / ob möchte er auch allhier / als in Loco delicti perpetrati belanget werden / die weil er aber dennoch allhier nicht angesessen / sondern sein domicilium in Halle erlanget und sich dessen allda gebraucht / so seyd ihr auch daselbst vor seine ordentliche Obrigkeit euere Injurien Klage anzustellen schuldig / es were denn / daß Er allhier anzutreffen / und ihm so denn die Ciation gebührlich insinuaret würde / auf solchen Fall / hätte er sich der Klage vor hiesigen Gericht nicht zu entbrechen. Nisi in ejusmodi delictis pri-⁵⁴ vatis criminaliter sive per modum inquisitionis procedatur e. g. si persona publica ratione officii sui injuriata fuerit, Br. in Process. inquisit. cap. 3. num. 24. seqq.

Quis vero locus delicti commissi dicitur, an ille, in quo⁵⁵ delictum inchoatum, an vero in quo consummatum est, Prinus vult Farin. in Tract. crim. Lib. 1. Tit. 1. Quest. 7. num. 47.⁵⁶ E. g. Si quis in territorio Martisburgensi aliquem vulneraverit, ac in territorio Brandenburgensi, demum interfecerit, secundum Farinacium locus delicti erit territorium Martisburgense & non Brandenburgense, atque hanc opinionem communiter receptam esse, dicit idem. Contrarium te-⁵⁷ net Bartol. allegat. a Zang. cap. 1. num. 333. statuens, quod locus delicti sit, in quo id consummatum est; Verum cum de-⁵⁸ lictum in dato & simili exemplo tam ratione agentis, quam patientis in uno territorio sit inchoatum, in altero vero consummatum reus in utroque tam inchoati, quam consumma-⁵⁹ ti criminis loco denunciari poterit; per expr. text. in L. 1. C. ubi de crim. ibi ubi commissa vel inchoata sunt, quod verbum non de inchoato processu, sed de delicto cum Wesenbecio intelligendum est, suadente hoc contextu, quia (1) idem subiectum est, nempe crimen, de eo dicitur, quod sit commissum, vel inchoatum; ergo posterius praedicatum, non de processu, sed etiam de delicto, de quo prius praedicatum dicitur, intelligendum est, 2. quia in Lege non agitur de Preventione, sed de foro competente. Felin. in cap. ult. X. de foro competent. Franzk. ad Tir. de jud. n. 41. Struv. Exerc. 9.

I 2

Th. 45.

Cap. V.

38
50 Th. 45. Verum mores nostri saxonici hoc non æque servant; Non enim nisi delicti consummati, hodie haberi rationem, & delinquentem sortiri forum apud eum judicem in cuius territorio stetit occisus, testis est Carpz. in *Prax. crim. P.*
513. Quæſt. 110. num. 18. Inde etiam Carpz. d. L. num. 35. in caſu ubi occisus capite aliud territorium, aliud pedibus attingere reperitur, hoc ſcilicet, ubi pedibus stetitſe inveniuntur, forum
52 competens ſtatuit; Modo interfectus eo momento, quo Ictum accepit, ceciderit, nec ex territorio ex circumſtantius indicij & præſumptionibus exceſſiſſe, apparet, in dubio ſane utriusque cognitio erit, Brunnem. in *Proc. inquis. cap. 3. num. 16.* quia id, quod in confinio eſt, ad utrumque confinem locum pertinet, arg. L. ſi vero 5. §. interdum 2. ff. de his qui effud. vel dejec. ita tamen, ut præventionis locum habeat, arg. L. 30. ff. de jud. Bachov. ad *Treutl. Vol. 1. Disp. 19. th. 4.* quoniam inter ordinarios judices, qui pares in jurisdictione ſunt, locus præventioni eſt, arg. cap. cumplures 8. de offic. & po- teſt. jud. deleg. in 6to.

53 Tertium Forum eſt deprehensionis, Cum enim delinquentes plerumque ſint fugiti, & vagabundi, non ſolum in Loco delicti, & domicili, ſed & ubique reperiunter, contra illos procedi potheſt, Carpz. in *Pr. crim. P. 3. qu. 10. n. 69.*

54 quippe Reip. Maxime intereſt, delicta cito citius puniri, ut malis hominibus provincia purgetur. L. 3. ff. de offic. præſid.

55 Neque enim fugitivus & vagabundus de fori incompetentia excipere potheſt, arg. L. 1. C. in quib. cauſ. colon. censit. Dom. accus. poſſ. Matth. Coler. de Proceſſ. execut. P. 2. cap. 1. n. 28.

56 Et huic verba faciunt Ord. Provinc. de Ann. 155. sub Tit. Von Unkeſten der peinlichen Rechtfertigung & würden ſie aber in verb. und ſolches nicht allein auf den Fall, wenn der Verbrecher an Denen Orten da ſie verbrochen, ſondern auch außerhalb derselben in fremden Gericht zu Gefängniſ gebracht ſeyn,

CAP. VI.
DE EFFECTU DENUNCIATIONIS
JUDICIALIS.

SUMMA-

- | | | |
|---|---|-----|
| 1. Effectus variis | 11. Ratione denunciatoris. | 12. |
| 2. Ratione Judicis | 13. Oldenkopij monitum. | |
| 3. Index animadvertere debet, quis ille sit qui denuncioavit. | 14. Lamentatio Damhouard. | |
| 4. Qua de causa. | 15. Limitationes assertioonis remissio. | |
| 5. An teneatur. Index inquirere. | 16. Ratione denunciati. | 17. |
| 6. Epilogus. | 9, 10. | |

Prolixitas materiæ nos ipsos hacenus non nihil fecit prolixiores, verum nunc maximis difficultatibus exantlati, brevibus, quæ restant, exponemus. Effectus igitur Denunciationis adhuc restat, qui autem diversus ac varius est, prout diversæ & variæ circa eandem occurrunt personæ, nam ut alia est persona judicis, cui fit denunciatio; alia denunciantis, alia denunciati. Ita quoque diversus est effectus pro cuiuslibet Conditione. Ratione judicis operatur denunciatio Inquisitionem, ut dissamatio, & querela, & sic aperit viam judicii ad inquirendum ex officio contra aliquem, quod alias de jure facere non possit absque Denunciatione aliisque indicio praecedentibus, ut recte sentiunt. Jul. Clar. Lib. 5. Sentent. §. ult. Quest. 7. num. 2. Bartol. in L. divus ff. de Cuffod. Reorum. Lancel. Tit. de Inquis. num. 29. Angel. de Malef. §. nec non ad denunc. num. 6. Anton. Gomez. Tom. 3. variar. resol. cap. II. num. 17. Manz. decif. Palat. Quest. 61. num. 14. Petr. Heig. Lib. 1. Quest. 39. num. 36. Scacc. de jud. L. 1. cap. 71. num. 3. Franc. Cas. in Tract. de Denunc. num. 15. Denunciatione itaque sic audita, judex vel magistratus diligenter animadvertere debet ad personæ denunciantis ingenium, mores omnesque conditions, nec non studiose & accurate perscrutari singulas tam Denunciatoris, quam denunciati Qualitates, & rerum omnium circumstan-
tias, ne cui fortasse temere odiosa molestia inferatur, Dam-
houd. Prax. crim. cap. 6. num. 12. sèpe enim homines mali-
tiosi proximum suum non ex bono Zelo, sed vel ex odio, in-
vidia, rancore, & vindicta eum in finem deferunt, ut ei da-
mnum in corpore, bonis & fama sua inferant. Si autem Index
esse esse putaverit, se se informare, & inquirere debet, vera-

Cap. VI.

70
 ne an falsa sit denunciatio, & si denunciata cuncta vera reperiatur, ad puniendum delinquentem procedere tenetur, Dam-
 6 houd. *Prax. crim. cap. 6. num. 13.* Adeo, ut si Processura inquisitionis omittat, item suam faciat, Clar. s. fin. *Quæst. 4.*
 num. 2. in fin. & Sig. Scaccia Lib. 1. de judic. auf. cib. crim. &
 heret. cap. 68. num. 10. Foller. *Præc. crim. Part. 1. num. 27.*
 Et judex inquirere negligens tenetur de Syndicatu, Paris de
 Puteo, *de Syndicatu in verb. negligentia cap. 1. num. 8. & 9.* &
 Petr. Heig. *Quæst. 39. num. 24.* Et poenam vindictamque ne-
 7 gligentiae divinam non evitabit; Non enim Pastoris justa ex-
 culatio est, si luper oves comedat (si mali bonos exemplis suis
 corrumpant) & pastor dicat se nescire, *Cap. quamvis X. de*
 8 *regul. jur.* Sed & experientia docet, quoties inferiores judi-
 ces crima publica, de quibus fama publica est, non investigant,
 solere a Procuratoribus Fisci contra ipsos judices de non
 administrata justitia formari processum, & recte. Cum per de-
 9 dicta publica offendatur Reipubl. Tranquillitas; & harmonia
 societatis civilis turbetur. Ideoque vindictam vigor publicæ
 disciplinæ postulat. *L. 9. §. 5. de publican. L. 51. §. fin. ad L. aquil.*
 Et magistratus, qui crima non vindicaverit, colludere dicitur
 cum maleficiis, vel eorum dicta ac facta tanquam consci-
 10 us probare. *L. 2. C. de Commerc. & in L. f. C. nesanc. Bapt.*
 iteret. Imperatores constituant, nulli judicum licere delatum
 ad se crimen minori aut nulli coercioni mandare, nisi idem
 ipse pati velit, quod aliis dissimulando concesserit. Homici-
 das enim Sacrilegos, & similis farinæ homines punire, non est
 effusio sanguinis, sed Legum ministerium, *Canon. homicid. C.*
 23. *Quæst. 5.* & si quis in inquirendo criminis piger aut negligens
 esse præsumserit, dictis criminibus apud Deum se nove-
 rit esse partipem, cuius Zelo ad perscrutandas subtiliter ne-
 fandi causas facinoris non movetur, *C. sicut. inquit. 46. 2. Qv. 7.*
 Sin vero falsa, contra ipsum denunciantem venire debet. Ef-
 fectus enim falsæ denunciationis idem fere est, qui accusa-
 tionis, nimirum, ut comperta rei denunciati innocentia, ma-
 gistratus vel judex, denunciantem ad restitutionem honoris
 & famæ, refusionemque sumptuum & damnorum condemnnet,
 insuper tanquam Calumniatorem juxta *Leges & constitutiones*
 Im-

Imperii irremissibiliter puniat. Quod ipsum in Processu criminali Bavarico, Tit. 2. Art. 4. fol. 800. lequentibus verbis statuitur:

Nachdem offtermahls Leute gefunden werden / die aus unschristlichen Neyd / und Nachgierigkeit sich bekleidigen / ihren neben Menschen in alles Unglück und Schaden an Ehr/ Leib und Gut zubringen / und deswegen denselben / als hätte er böse sträfliche Ubelthat begangen / nicht öffentlich anklagen / sondern heimlich / und hinter Rücks angeben / und solches nicht aus guten Esfer / damit das Ubel gestrafft werde / sondern / wie gehört / aus Feindschafft thun : Und aber alsdenn solche Missethat nicht gefunden / noch auch der Angeber wahr machen kan / Als soll die Obrigkeit / und alle Richter / auff Befindung des Angegebenen Unschuld / den falschen Angeber / zu wieder gōtzung des Beschuldigten Ehre / und guten Leymuths mit Ernst anhaften / auch noch dazu als einen Calumniatorem und falschen Angeber nach Ausweisung der Rechte und der Reichs Constitutionen unnachläßlich straffen.

Alius etiam effectus est, quod denuncians repellatur a testimonia, & ut testis, cum aliis ad probandam denunciationem produci nequeat. Doct. in L. 7. C. de Accus. & Inscript. Doct. in Cap. in omni 4. X. de Testib. Lanfranc. de Oriano de Testib. n. 89. Albericus de Testib. n. 6. Farin. Quest. 60 n. 75. Wammes. inter Conf. can. Conf. 504. Oldekop. in monstro injustitie p. 66. ubi monitum adjicit pro Judicibus: Und haben sich Christische Obrigkeit und Richter sonderlich davor zu hüten / damit sie die anfängliche delatores oder denunciatores criminum mit hoch præjudiciale Verschweigen, solche von denselben beschehene denunciations in puncto probationis zu zeugen nicht gebrauchen. vid. Damhoud. in Tract de Testibus §. de Reprob. Test. n. 21. Et in pr. crim. c. 50. num. 22. ubi admodum concurritur & dicit: hic tamen (quod acriter insectandum est) videoas plerosque officarios graviter peccare (ab ipsis nomenclaturis prudens abstineo) quos non pudet contra omnem æquitatem eosdem ad testimonia contra misellos ferenda producere, quos prius habuerunt delatores, non aliam metuo causam, quam vel hac ratione ex innocentium oppressione pecuniariam condemnationem assenti, suis consulant marsupiis. Conf. Campeg. de testibus regul.

Cap. VI. de Effectu Denunc. Iud.

15 103. *in pr.* Sed hoc ita, si aliorum Testium assertio, & testimonium non concurrat, & ponit Campeg. *dict. loc.* alias Limitationes, quibus denunciatoris testimonium admittendum afferit.

16 Pro denunciato ipso, ut effectus, notanda sunt illa remedia & actiones, quibus damnum & injurias illatas vindicat. Nam licet causam denunciationis adjuvet favor publicus, ne delicta manent impunita, ac eo nomine p[ro]cemia olim constituta fuerint, & hodie interdum adhuc decernantur, cum eleemosynam dare dicatur, qui bono Zelo petit vindictam, ut castiget delinquentes: non tamen effrenis debet esse libido graffandi in alterius famam & interitum; sed intra limites coercenda est Denunciatione, *Carpz. Pr. crim. Quæst. 107. P. 3. num. 19. seqq.*

17 Hinc si delatio lucri cupiditate, vel ex privata vindicta fiat, non tantum delatores publicum odium incurront, *L. 20. ibi vocem funestam C. de h[ab]i qui accus. non poss.* Sed ut calumniatores, si mentiantur, extraordinarie & arbitrarie puniuntur, *L. 1. §. 2. ff. ad S. Turpill. L. fin. §. 1. C. de Accus. Menoch. L. 2. A. 3. Q. Centur. 4. Caf. 322. n. 1. & seqq. Clar. §. ult. quæst. 12. vers. dixi que que, ut cæteri similis poena perterriti ad temerarias denunciations & aliorum infamiam non facile prosiliant. *arg. cap. fin. X. de Calumn. Veniat. in Analyse. iur. Pontif. Tit. de Accus. in fin. Q. offic. den. ad Tit. de Calumn. in effect.**

18 Plura adhuc non momento B. L. agitari possent, nisi ea tractati potius scribendo quam disputationi inservirent. Fateri quidem necesse habeo, plura in uno atque altero hujus materiae articulo proferre nos potuisse, & multa quoque in tacta in hac dissertatione reliquisse. Verum, si cogitabis nostra Proposita fuisse, Theset tantum quasdam conscribere, non vero absolutum aliquem Tractatum, veniam procul dubio certissimam nobis concedes; atque si inchoaveris, favere perges. Nam non rigidam a Te censuram, sed æquum expecto judicium. Quod supereft Deum T. O. M. gratias non quas debeo, sed quas possum perso[n]vo maximas, pro viribus ad hunc laborem concessis, ardentiissimisque spiris simpliciore, ut ve[n]it conatus meos ulterius commendatos habere, quo in Sui nominis Gloriam & proxima emolumentum vergant, quorum unicus studiorum meorum tendit

F I N I S.

(X2258363)

4693,256
26

GUBERNANTE SANCTISSIMO
DISPUTATIONEM INAUGURALEM
AUTORITATE AC CONSENSU
LUSTRIS ATQVE MAGNIFICI
CTORUM LIPSIENSIV ORDINIS

DE
**JUDICIALI
DELICTORUM
DENUNCIATIONE**
IN AUDITORIO PETRINO

PRO
VMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS
ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS
RITE AC LEGITIME CAPESSENDIS
LACIDO ERUDITORUM EXAMINI
HORIS CONSVENTIS

AD D. 12. JANUARI, M. DC. XCIII.

SUBMITTIT

CHRISTIANUS SIGISM. Schäfer
LIPSIENSIS.

LIPSIAE
RECUS. cl^e i^e CC XXIV.

B.I.G.

Centimeters

Inches
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color
Black

Farbkarte #13